BIBLIOTECA
Centrală a „Astrei"
SIBIU
C. M.
83

2,27.

PARS Secunda.

Theologiæ Moralis

Omnes Succincte Complectens
Materias practicas pro utilitate
Confessariorum, ac Examinandorum,
in duas partes divisas
Moralem, et Sacramentalem.

Anno 1807
Claudiopoli.

Tractatus I.

Tit. Valentini
Kedves ff.

De Sacramentis in genere.

Hic Tractatus Tres continet quæstiones
1ma De Essentia, et existentia Sacramentorum. 2da De Ministro, et Subjecto
3ia De Effectu, et Cæremoniis.

P. M. R. S. hæc continet Materias Sacramentales

BIBLIOTECA ASTRA SIBIU

Inv 83

Quæstio Prima

Quæritur 1o Quid et quotuplex sit Sacramentum? 1.

R. Sacramentum in genere definit. Signum sensibile rei sacræ a Deo permanenter institutum ad significandam, et conferendam gratiam. Sacramentum aliud est Veteris legis quod est signum sensibile sacrum a Deo permanenter institutum, ad significandam gratiam inferiorem per passionem Xti in lege nova dandam, et conferendam melliorem, ac legalem in Antiqua lege. Aliud est Novæ legis et definitur Signum sensibile, sacrum a Sto Dno permanenter institutum, ad significandam, et producendam ff. se ex opere operato gratiam interiorem.

2o Sacramenta Novæ legis alia sunt mortuor, quæ primo et ff. se sunt instituta pro Spiritualiter mortuis ad remittendum mortale, et ad conferendam ex opere operato gratiam primam sanctificantem, ut Baptismus, et Pœnitentia. Alia vivor, quæ ff. se primo sunt instituta pro vivent tibus vitæ Spirituali gratiæ sanctificantis, ad illius augmentum; talia sunt reliqua Sacramenta.

Quæritur 2o Quot sunt Sacramenta? 2.

Dico. Nulla exstiterunt ante lapsum Ade in brevissimo innocentiæ statu Sacramenta; quia nulla erant necessaria. Post lapsum vo in lege Naturæ exstitit Sacramentum ad peccatum originale delendum, quod probabiliter fuit fides in Christum venturum circa aliquo tempus manifestata a Parentibus; quia non est aliud sub cœlo nomen datum

datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri Actor: 4. In statu legis scripte a Moyse usq; ad Christum plura fuerunt Sacramenta, ut Circumcisio contra Originale, Agnus Paschalis, Consecrationes Pontificum, et Sacerdotum, expiationes, et purificationes Populi, ita Ss. Patres, et Concilia. In Nova vō lege 7. sunt Sacramenta, Scilicet: Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Poenitentia, Extrema unctio Ordo, et Matrimonium a Xto Dño immediate instituta, potestate Authoritatis, ut Deo, et potestate excellentiæ, ac Meritoria ut homine; quia ut Deus illis gratiam ameruit, et ut homo illam meruit. Duo sunt Mortuor, et maxime necessaria, Baptismus, et Poenitentia; quia 1m gratiam causant; et reliqua Vivor; quia illam, ut dispositionem præsupponunt, illiusq; augmentum producunt, inter quæ præstantissimum est Eucharistia; quia Jesum Authorem gratiæ continet.

Hinc 1o Socio pedum non est Sacramentum; quia non est permanenter instituta, nec ex opere operato causat gratiam; Nec prima Tonsura, Nec benedictio Abbatis, Nec absolutio ab excommunicatione, nec consecratio Ecclesiæ, ū Campanæ, Altaris et, quia non causant gratiam ex opere operato; nec Sacrificium Missæ ut dic; quia primario ad protestandum Supremum Dei Dominium, non vō ad gratiam ex opere operato causandam ordinatur.

2o Sacramenta Antiqua legis differunt a Sacramentis Novæ legis; quia illa non causabant gratiam veram et internam ex opere operato, sed illam solam significabant, et legalem, et externam causabant: Novæ legis vō causant gratiam veram internam ex opere operato.

Quarto 3o

Quærit 3us Quomodo sacramenta perficiantur? 3.

Dico. Omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet: rebus tamquam Materia, Verbis tamquam forma, et Persona Ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi id, quod facit Ecclesia; quor si aliquid deest non perficitur sacramentum Conc. Florent. Materia remota est res aliqua naturalis sensibilis, et proxima est Materiæ remotæ usus, seu applicatio ad subjectum; Forma sunt Verba, vel aliquid verbis æquivalens, quæ Mp. Materia, et forma sunt partes essentiales intrinsecæ sacramentorum constitutivæ, quæ debent uniri moraliter et sibi coexistere secundum formæ significationem.

Materia et forma sunt actu determinata saltem in genere quoad confirmationem, et ordinem, et in specie quoad alia, relicta Ecclesiæ potestate eas, quoad alia determinandi pro locorum, et temporum diversitate. Verba sacramentalia non sunt solum promissoria, vel concionatoria, sed vere consecratoria; quia vere ex opere operato consecrant, et sanctificant suscipientem sacramenta rite dispositum.

Hinc 1o Graviter peccat, et invalide, vel saltem dubie baptizat proferens formam, facta jam ablutione, vel faciens ablutionem, prolata jam forma; quia forma indicat actualem, et non futuram, vel prætitam ablutionem. 2o Invalide consecratur Hostia a tergo posita, vel in tabernaculo inclusa, vel sub corporali, aut mappa, seu fede Calicis abscondita; quia non est juxta significationem Verbi præsens, et p. parsi dictam Hoc demonstrabilis.

3o

3º Invalide absolvit poenitens absens, vñ in tanta distantia in qua Negotia tractare, vñ saltem signis poenitens, et Confessarius se intelligere nequeunt. 2ria est exercitus Sacramentum poenitentiæ p. modum judicii in quo Confessarius judex poenitens Reus et testis contra se. 4º Graviter peccat adhibens materiam dubiam sine extrema necessitate, ut baptizando aqua rosacea, vñ in extrema necessitate illam non adhibendo; quia melior est materia dubia, quam nulla vñ adhibendo formam dubiam, ut baptizando in Nomine Genitoris, Geniti, et procedentis abutroq.

4. Quæritur 4º. Quæmam Mutatio initet Sacramentum?

Dico. Mutatio substantialis materiæ, vñ formæ, quæ speciem materiæ, vñ sensum formæ mutat, initat Sacramentum; Non vñ accidentalis, licet fiat cum intentione ritum erroneum introducendi, vñ substantialis putetur, modo intendat facere, quod facit Ecclesia; quia substantialis Sacramenti essentiam tollit, non vñ accidentalis: est tamen contra Christi, et Ecclesiæ Authoritatem, et pro ratione gravis mutationis grave peccatum. Mutatio formæ substantialis fit sex modis: 1º Additione, 2º Detractione. 3º Variatione. 4º Verbor. corruptione. 5º Transpositione. 6º Interruptione; et accidentalis fit mutatione idiomatis. Non licet adhibere materiam dubiam, nisi urgente necessitate, quando non potest haberi certa, nec formam conditionatam, nisi in dubio de valore Sacramenti irreparabilis; vñ in dubio de capacitate Subjecti, vñ valore materiæ; nec licet repetere formam ex frivola causa, etiam sub conditione: repetere tamen Amen, vñ syllabam, aut verbum non gravis veniale. P. Gervasius, qui

quia censetur materia levis, et in dubio potius est inclinandum in reiterationem, quam in omissionem; quia satius est Sacramentum exponere periculo nullitatis, quam hominem periculo aeternae damnationis, S. Augi praesertim cum apposita conditione praecaveatur irreverentia Sacramenti.

4. N. N. Graviter peccat, et invalide baptizat mutans formam, 1o Additione, dicendo cum Arianis, In Nomine Patris Majoris, et Filii Minoris, etc; quia additione tollitur significatio SS. Trinitatis. 2. Sic invalide Consecrat, dicens: Hoc est corpus meum Aëreum; quia additione tollitur significatio veri Corporis: Valeret tamen Baptismus, si Majoris, vel Minoris solum in mente quis cum Arianis retineret, formam Consuetam externe pronunciando cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia; quia validitas desumitur a sensu externo expresso; Sic valide baptizat dicens: In Nomine Patris ingeniti, et Filii geniti, et Spiritus S. a utroq procedentis; quia non mutatur significatio substantialis; peccaret tamen venialiter contra Ritum Communem Ecclesiae. Sic pariter valide baptizat: In Nomine Patris et Filii et Spiritus S.; addendo pro modum propositionis distinctae: quae personae non sunt realiter distinctae; vel addendo Nomen BV. Mariae, quia Verba essentialia integre prolata statim operantur; secus, si illa verba tamquam pars prioris dictionis adderentur, et in Nomine Personae non distinctarum, vel in Nomine Mariae, ut Personae divinae baptizare intenderet; quia, cum sensus prioris dictionis non esset sine posterioris completio, SS. Trinitatis significatio destrueretur.

2o Detractione, Omittens in forma baptismi verbum Patris, vel Filii, vel in Forma Eucharistiae meum. Non vel est invalida rejiciendo Amen, vel enim; quia in una et altera

et altera forma sensus manet essentialiter completus.

3° Variatione, Invalide quis baptizat in Nomine SS. Trinitatis, sine expressione personar; quia Mysterium SS. Trinitatis confuse, et non expresse substantialiter exprimitur; et saltem dubie baptizat: In Nomine Genitoris, Geniti, et procedentis ab utroq; quia de sufficienti SS. Trinitatis expressione a variis dubitatur Authoribus: valere tamen dicendo: Ego te ablvo, lavo, v tingo in Nomine et &c. Vel cum Græcis: Baptizetur Servus Xti, et &c. peccaret tamen graviter in Ecclesia latina contra usum communem.

4° Verbor corruptione, Invalide baptizat dicens: Baptizo in Nomine Matris, et Filii, et; quia licet unica deficiat litera, fit tamen corruptio substantialis; Contra valide quis baptizat dicens: Ego te baptizo in Nomine Patria, et Filia, et Spiritua Sancta; Vel in Nomine Patri, et Fili, et Spiriti Sancti. Similiter valide consecrat dicens: Hoc est Colpus meus, v Corpus meus, si fiat ex lapsu v ignorantia linguæ: quia ex communi audientium judicio, et conditione personæ baptizantis v consecrantis, sensus integer manet; secus si Filiam, v Filiam intelligeret; quia valor Verborum æquivocor dependet ab intentione proferentis.

5° Transpositione, Invalide consecrat dicens: Hoc Corpus est meum, v Meum est hoc Corpus; quia significatio mutatr substantialiter, et idem sonat ac, hoc Corpus pertinet ad me: Valide vo sed illicite consecrat dicens: Hoc est meum Corpus.

6° Interruptione, Invalide absolvit dicens: Ego te, et post medium quadrantem, absolvo, et &c. Valide

Valide vō absolvit, si pronuntiatis Verbis: Ego te dicat pœnitenti, fac Confessionem, et postea, absolvo, et P. Thomas et Charmes; quia communi judicio eadem est actio moralis, et significatio moraliter conjuncta, si vō dicto: ego te pœnitens de aliquo se accusaret peccato et Confessarius ingiveat, moneat, pœnitentiam imponat, et tandem dicat: Absolvo, Non videt ejusdem sensus Moralis continuatio, sed formā ab initio, et integre dicenda; secus, si peccatum tantum audiat, et formam postea continuet.

7° Idiomatis Mutatione, baptizans, vel Consecrans in lingua germanica, vel Gallica, valide, sed non licite baptizat, vel consecrat; gravius tamen peccat in alia lingua Consecrans, quam baptizans, quia magis repugnat usui Ecclesiæ.

Articulus Secunda.

De Ministro, et Subjecto Sacramentorum.

Quæritur 1° Quisnam sit Minister Sacramentorum, quid, et quotuplex intentio, Conditio, ac Necessitas? R

1° Minister Sacramentorum est, qui immediate actionem Sacramentalem causat; Primarius est ille, cujus nomine Sacramenta administrantur. Secundarius ille est, qui Nomine Alti Sacramenta administrat. Alius est Ordinarius, qui Secundum legem a Sto prescriptam Sacramenta valide perficere potest. Alius extraordinarius cui præter legem Sti Ordinariam Sacramenta conficienda committuntur

Alius

Alius ex officio, qui ad Sacramenta administranda sit consecratus. Alius Necessitatis, qui licet non sacratus in necessitate admittitur.

2m Intentio sit actus deliberatus voluntatis aliquid faciendi, vel omittendi; Attentio vero sit Actus intellectus considerantis objectum, vel actionem, Intentio Sacramentalis dividit. 1o in formalem, seu internam, et Materialem, seu externam; Formalis est, qua Minister intendit explicite conficere Sacramentum formaliter sumptum, vel implicite, volendo perficere rem Sacram, vel quod facit Ecclesia, vel quod Xtus instituit, vel quod petitur a Volente suscipere Sacramentum. Intentio Materialis est, qua solum vult ritum externum, intentionem internam detinens, vel contrariam habens. 2o Dividit in Actualem, Virtualem, habitualem, et Interpretativam. Actualis est illa, qua quis actu intendit aliquid facere in actu signato, dicendo V.g. Volo consecrare; vel in actu exercito attente faciendo, quod facit. Virtualis est, quæ virtute præcedentis actualis adhuc influit in effectum, et in Ministro virtualiter perseverat ad actionum seriem. Habitualis est Actualis, non quidem revocata, sed interrupta somno, vel notabili temporis mora, ita, ut non amplius influat. Interpretativa est, qua quis aliquid vult in causa cum prævisione effectus, vel quam censetur habituros, si quid tam ponere hæc Conditio.

3m Conditiones aliæ sunt ex Natura rei ut te absolvo, si sis baptizatus, dispositus, vel nondum absolutus et hæc semper subintelliguntur, non tamen verbis debent exprimi; Aliæ extraneæ,

sine

Sine quibus Sacramentum potest perficj, et hæ sunt vel de præterito, præsenti, vel futuro. Ad valorem Sacramenti requiritur intentio Ministri directa, absoluta, et determinata. quare Conditio de præsenti vel præterito irritat Sacramentum si non sit impleta; secus si impleta sit, Conditio vero de futuro semper irritat Sacramentum, sed accipe Matrimonium; quia fundatur super Contractum, nec utendum in Sacramentis Conditione sine Necessitate. Antoine Tom. 2. 93.

4° Necessitas Sacramentorum est triplex; extrema, gravis, et levis. Extrema est urgens Mortis periculum. Gravis est, dum urget præceptum, Vel. Confessionis Annuæ, aut Confitendi peccatum Mortale. Levis est, dum quædam adest utilitas, ut lucrandi indulgentiam plenariam, vel Communicandi in festis solemnioribus.

Quæritur 2° Quisnam sit primarius, et secundarius Sacramentorum Minister? R. 6

Dico. Minister Sacramentorum primarius est Christus: quia Sacramenta instituit, et ad eorum effectus, ut Causa efficiens, et Meritoria concurrit, ipsiusq Nomine administrantur. Secundarius lege ordinaria est solus homo Viator ratione utendi; qui ex Xti institutione actionem Sacramentalem ponit: Non tamen quilibet pro quolibet Sacramento: quia non omnes a Xto pro omnibus Sacramentis sunt deputati, excepto Baptismo, quia Summe est Necessarius. Lege extraordinaria potest etiam Angelus esse Minister; quia a Xto potest deputari.

Quæritur 3° Quid requiratur in Ministro ad validam Sacramentorum administrationem? R. 7

Ad validam Sacramentorum administrationem requiritur in Ministro 1° Potestas; quia sine potestate

non

Non agit in Nomine Xti. 2ª Intentio, quæ debet esse 1ª formalis saltem implicita, faciendi rem sacram cum circumstantiis ritum sacramentalem exprimentibus, ṽ quod facit Ecclesia, ṽ quod Xtus instituit, ṽ quod petitur; quia sine intentione formali saltem implicita non agit ut Minister Xti; et ita patet ex Conc. Flor. et Trid. Ss. 7. C. 11.

2ª Debet esse determinata ad rem, verba, et ad personam præsentem, et in Matrimonio in individuo; quia formæ sunt pronunciativæ rei, et personæ determinatæ, et in Matrimonio in individuo, quibus intentio debet proportionari, alias non essent veræ; 3ª Debet esse actualis, ṽ saltem virtualis; quia actualis non semper est in nostra potestate, ob varias distractiones, quibus mens etiam nolens sæpe occupatur, Et virtualis vere influit in actionum seriem. Non ṽ sufficit Materialis, seu externa ponendi solum ritum externum, ṽ jocose, aut mimice; quia Minister non ageret in persona Xti nec sincere, nec habitualis, ṽ interpretativa; quia neutra influit, cum sit interrupta, nec humano modo applicat agentem ad actionem; Nec sufficit conditionata de futuro; quia forma est absoluta, et substantialiter mutaretur; Valet tamen sub conditione de præsenti, ṽ præsenti, si conditio in se sit impleta; quia in se esset absoluta; non tamen requiritur, ut Minister intendat, ṽ scial effectum Sacramenti; quia Sacramenta agunt ex opere operato in Nomine Xti positi.

4ª NC. Nullum perficit Sacramentum, 1º Defectu potestatis, Diaconus simplex ordinans, ṽ Laicus Consecrans. 2º Defectu intentionis formalis, sacerdos panem ante se habens, et ex Evangelio legens: Hoc est Corpus meum; quia licet ponat ritum externum, nullam

Nullam tamen habet intentionem conferendi; Vel Pater aqua benedicta Infantem aspergens, v̄ lavando dicens: Te aspergo, v̄ lavo in Nomine Patris, et filii, et Spiritus Sancti; quia licet ritum externum baptismi ponat, et intendat facere rem sacram, Mp. benedicere infantem, non ponit ritum externum cum circumstantiis ritum sacramentalem Ecclesiæ exprimentibus; nec perficit sacramentum in theatro ritum baptismi mimice exhibens, nisi mutata intentione, facere intendat, quod facit Ecclesia, et contigisse dicitur cum S. Gensio; quia in prædictis deest intentio formalis, etiam implicita. Valet tamen baptizatus a Pagano verum Deum, et sacramenta ignorante, Trinitatem Personar, et essentiæ unitatem non intelligente, cum debita Materia, et forma collatus, v̄ ab Arrhico, aut Pelagiano gratiam, et infantes baptismo regenerari, negante, modo intendant facere, quod Christiani faciunt, v̄ quod ab illis petitur Ritualem ritum; quia illum exhibendo, implicite volunt facere, quod facit Ecclesia. Si Lutheranus contrahendo Matrimonium facit Sacramentum, Supposito, quod Contrahentes sint Ministri, et ad sint alia requisita; quia licet non credat Matrimonium esse Sacramentum contrahendo tamen vult facere, quod Xtus instituit, et cum sacramentum instituerit, etiam implicite illud intendit: Sic baptizando dicens: Volo facere quod facit Ecclesia lutherana, non v̄o quod facit Catholica, valide baptizat, licet contrarium habeat intentionem, quia implicite prævalet intentio Sacramenti quod utrag Ecclesia intendit, et vult facere, quo Xtus instituit.

Non

Non vō valeret, si adderet, licet Catholica sit
conformis institutioni Xti; quia tunc censetur
nolle, quod Xtus instituit, ac proinde non faceret
Sacramentum.

3° Defectu intentionis determinate ad rem,
Invalide consecratur una ex pluribus hostiis
sine illius determinatione, nec consecrantur quæ
de interius, et minus exterius Calici adhærente,
et a vino in fundo separata, nisi specialiter ea
Sacerdos consecrare intendat.

4° Defectu intentionis determinate ad personam,
Invalide absolvit volens absolvere Petrum, et non
alium, si pronuncieat formam super Paulum, quam
vis ordinarie debeat velle absolvere præsentem.
Nec valide contrahit Matrimonium cum Berta,
quam credit esse Joannam; quia non est intentio
determinata ad præsentem, sed ad Joannam.

5° Defectu intentionis determinate ad omnia verba
Invalide conficeret proferens ex lapsu linguæ, vel
alia intentione: Hoc est enim corpus meum, quia intentio non
est ad omnia verba essentialia determinata.

6° Defectu defectu intentionis saltem virtualis,
Invalide conficeret Sacerdos, et ante se panem
habens, et in sompno vel ebrietate verba consecrationis se prolaturum sciens, verba consecrationis proferens; quia intentio est tantum habitualis, vel interpretativa, quæ neutra influit.

7° Defectu Intentionis absolutæ, Invalide
absolvit dicens: Absolvo te, si crastinum
occasionem prodimam, vel restitutionem fa-
ciens; sic invalide contrahit Matrimonium
dicens

Contrahto letum Matrimonium si prosl mensem
dederis dotem promissam, nisi reddita dote
consensum renovaveris, et ut multi volunt
coram Barocho; valet tamen, si dicat: Absol
vote, si sis dispositus; v. si sis baptizatus,
si revera sit dispositus, v. baptizatus; quia
existente conditione supposita intentio est ab
soluta; peccat tamen contra usum Ecclesiæ, uti
etiam si adderent conditiones incertæ; ut bap
tizo te, si sis Germanus, v. fueris Romæ, quia
exponit Sacramentum nullitati.

Quæritur 4o. quænam in Ministro ad licitam 8.
Sacramentor administrationem requirat?

Dico. Ad licitam Sacramentor administratio
nem requiritur in Ministro, sive ex officio, sive Neces
sitatis. 1o. Sub mortali fides; ut probitas con
sistens in gratia status; quia triplex Sanctitas
Rti, Sacramenti, et gratiæ ff. Sacramentum
collatæ exigit etiam Sanctitatem, et Statum a
nicitiæ Ministri, tam ex officio, quam ex Neces
sitate cooperantis rebus ita Sanctis, etqui
dem quoad Eucharistiæ consecrationem ff Con
fessionem, Conc. Trid. S. 13. C. 7. et quoad alia
Sacramenta saltem ff. Contritionem morali
ter certam; quia pro his nullibi existat præcep
tum Confessionis, et certitudo moralis gratiæ
sufficit ad vitandum peccatum, nisi Necessitas
esset ita urgens, ut prius conteri non posset, ut in
articulo mortis, quoad baptismum, ff. Thom; et quo
ad pœnitentiam, quæ lapsis, ut baptismus ff
necessaria; quia cum Sacramenta propter hominum
salutem sint instituta, Reverentia illis debita cedit
necessitati.

Non

Non tamen requirit fides, et probitas Ministri ad valorem Sacramenti; quia Ecclesia semper agnovit Sacramenta valida ab haereticis, et peccatoribus in debita forma administrata, alias semper de illor valore esset dubitandum, cum probitas, et fides ministri sepe sit incerta. 2o Requiritur saltem sub veniali in Ministro attentio, et reverentia, quia sancta debent sancte, et devote tractari.

3. N.C. Graviter peccat 1o Obstetrix, etiam in necessitate infantem graviter periclitantem in statu peccati Mortalis baptizans, & Parochus moribundum absolvens, non premissa contritione perfecta, Nisi necessitas ita urgeat, ut premitti negotiis & alia Sacramenta, etiam viaticum administrans Layman, Suarez, et alii; quia non ita urgent, et licet Parochus Eucharistiam administrando, Sacramentum non perficiat; gravent tamen etiam committit irreverentiam in statu disgratiae dignissimum dispensando Sacramentum, et Sanctificationi Suscipientis proxime cooperando. Valide vo omnia administrat Sacramenta Episcopus & Sacerdos etiam haereticus, etiam Notorius excommunicatus non tolleratus, degradatus, Suspensus, denuntiatus, excepta poenitentia; quia excommunicatus vitandus, degradatus, et Suspensus nominatim denuntiatus privantur jurisdictione extra mortis articulum.

2o Ministri Sacri functiones suas Ordini proprias exercentes in disgratia graviter peccant. S. Thom. Idem dic de exorcista, Sed de Concionatore variant Doctores. Sacramentalia vo conficiendo ut benedictio Templi do aqvae lustralis, et Salvae: Si excipias bende benedictionem Chrismatis, et olei infirmorum

2o

3ª Graviter peccat sacramenta petens, ꝟ accipiens a quouis Ministro improbo proprio, ꝟ delegato; quia lex Charitatis prohibet dare absq; legitima causa occasionem proximo peccandi; excepto, 1º in extrema necessitate, et mortis articulo in quo licet petere, et accipere baptismum, et poenitentiam a malo Ministro etiam excõmunicato non tolerato, haeretico, ꝟ schismatico, P. Thom et Charmes P. Gervasius, quia censurae in odium mali Ministri, et non in detrimentum suscipientium sunt latae, nec intendit Ecclesia ad illas obligare in Mortis Articulo, ut patet ex Conc. Trid. Ss. 14. C. 7; et Concilii Trid. interpretibus. Modo non adsit alius, et absit scandalum, nec praebeatur Catholicis occasio haeresim, ꝟ schisma approbandi, ꝟ ad haereticam partes deflectendi: licet enim solum baptismum infantibus in articulo mortis positis abillis petere, et accipere licet; quia ipsis non aliud superest salutis remedium; non võ adultis, nec poenitentiam; quia baptismo in voto, et perfecta contritione salvari possunt. 2º Excepta gravi necessitate, uti pro annua confessione, ꝟ grabi peccato evitando, in qua licet sacramenta petere, et accipere a quouis malo Ministro ab Ecclesia tollerato; quia in gravi necessitate licet ab alio petere, quod licite praestare potest, si velit; Non võ a non tolerato; quia Ecclesia id prohibet. 3º Excepta etiam necessitate levi, in qua, ut pro lucranda indulgentia, ꝟ Jubileo licet sacramenta petere a Ministro malo tollerato, si sit Pastor proprius, et non adsit alius: quia utitur jure suo a Pastore proprio debito; Non võ a Ministro malo non proprio, quamvis parato, ꝟ exposito, P. Paul Lugd. contra S. Thomam et Cham et P. Gervasium; quia tenetur impedire, ne proximus actu peccet, et Dei offensam continuet, cum possit

fine.

sine gravi suo incommodo uti fil in necessitate levi non accipiendo Sacramenta tabeo, qui illa administrare non tenetur; bene autem in necessitate gravi; quia non censetur eum inducere, cum paratus sit.

9. Quæritur 5° Quodnam sit Subjectum Capax Susci-
cipiendi Sacramenta?

Dico. Solus homo viator utriusq; sexus lege ordinaria, et ℣. Se est Subjectum Capax Suscipiendi omnia Sacramenta præsuppositis quibusdam dispositionibus: quia pro omnibus, et solis viatoribus sunt instituta, excepto Ordine, cujus Pœnitentia incapaces, et excepta Pœnitentia, et extrema Unctione, et Matrimonio, quod infantes non sunt capaces; quia sine actibus propriis, Materia, et forma non debite ipsis applicantur.

10. Quæritur 6° Quenam requirantur ad validam
Sacramentor Susceptionem? R.

Dico. Ad validam Sacramentor Susceptionem requiritur in Suscipientibus adultis, qui aliquandiu usum rationis habuerunt, intentio positiva, saltem habitualis, v interpretativa, aut saltem Consensus generalis percipiendi, quod fait Ecclesia; quia sine ulla intentione censentur absolute et habitualiter nolentes, ac inviti, quibus Ecclesia Sacramenta administrare non intendit, prout docet illius communis praxis; et in Matrimonio virtualis; quia requiritur ad valorem Contractus, et quia contrahentes sunt simul Ministri, ut docetur infra de Matrimonio. In parvulis v, et perpetuo dementibus nulla requiritur intentio propria, sed sufficit illa Ecclesiæ v Parentum; quia, cum propria voluntate nondum usti sint,

non

Non censentur habitualiter nolentes, v̄ inviti; et
potest ministrans interpretari, eos tantum
bonum sibi velle applicari. 2° Requiritur ad
Valorem Sacramenti a baptismo distincti,
ut recipiens sit baptizatus: quia Baptismus est
janua Sacramentor̄, sine quo nullum valide rec̄i
pitur Sacramentum, ut communis docet Eccles: sic
praxis. 3° Fides quoad Sacramentum hoc
intentio; quia sine illa contritio, v̄ attritio,
quæ ad Materiam essentialem hujus Sacramenti
pertinent, habeñ nequeunt; non enim quis po
test vere conteri, nisi credat DEUM. esse bonum,
et ✝. peccatum offensum; potest autem alia Sac
ramenta valide recipere sine dolore, ac prom
de sine fide.

HINC. 1° Infans pagani, v̄ Judæi, aut per
petuo amens valide baptizantur, confirmant
et Ē., quia non censentur absolute inviti: illicite
tamen invitis eor̄ parentibus, nisi essent Maneipia,
v̄ in extremo mortis periculo, ut dicetur infra.
2° Invalide baptizatur Paganus adultus re
luctans, absolute invitus, v̄ Negative solum, v̄
ficte se habens, et corde dissentiens, aut hæsitans,
an velit baptizari, hic saltem sub conditio
ne debet denuo baptizari quia requiritur con
sensus positivus, Thom. et Charm., Paul, Lugd.;
aut post usum rationis, amens; quia censetur in
vitus habitualiter, v̄ dormiens, aut ignarus, nisi
antea fuerint Catechumeni, et Baptismum, v̄ alia
Sacramenta petierint, et voluntatem non retrave
rint; Nec valet Matrimonium dato consensu in
somno, v̄ in ebrietate, licet quis antea voluntatem
contrahendi habuerit; quia habet rationem contrac
tus, qui fit consensu saltem virtuali, et Contrahentes
habent rationem ministri, nisi suppleatur ✝. procuratorem
dormiente, v̄ ebrio principali.

3°

3ª Christianus post usum rationis amens factus valide suscipit Extremam Unctionem, et Viaticum, sed hoc indecenter; quia habet intentionem saltem interpretativam, et censetur velle sibi ad salutem necessaria; non vō invitus, et adultus ignarus Religionis, et Sacramenti; quia illius semptio invita, vel ignara, licet sit realis, non est sacramentalis, nec ad Sacramenti effectum habitualiter ordinata.

4ª Invitus secundum quid, ex meta reverentiali, puerilibus, minis, vō Mortis, vō mortis meta motus, valide baptizatur, aliàs recipit Sacramenta; quia interne vere, licet agre consentit, et vult potius ea recipere, quam predicta male subire; non tamen tenetur, nec infantes ad onera, ut vg ratione Ordinis dicere Breviarium, servare Castitatem, etc. quia sic ordinati, et infantes censentur velle beneficia, non vō onera, nisi postea consentiant. Tenentur autem ad Breviarium, si habeant beneficium, et ad Castitatem sicut alii Soluti.

II Queritur 7ª Quinam requirantur ad licitam Sacramentor Susceptionem?

Dico. Ad licitam Sacramentor vivor Susceptionem, et ad Mortale evitandum, requiritur in adulto Status Gratiæ ꝓ. Confessionem quoad Eucharistiam, Conc. Trid. Ss. 13. C. 7.; et quoad ordinationem, et matrimonium, ubi Confessio præcipitur S. Gervasius. Quoad alia autem Sacramenta ꝓ. Contritionem perfectam moraliter certam; quia Status gratiæ moraliter certus sufficit ad evitandam irreverentiam: ad evitandum vō Veniale, quoad Eucharistiam requiritur bonus voluntatis affectus P. Gervasius Rhodigver, et quoad Baptismum fides eor, quæ divinitus revelata et promissa sunt P. Thom. ex Charmes; quia Credere oportet accedentem ad Deum, quia est, et quod inquirentibus se remunerator sit, ad Hebræos 11. v. 6.

et

el saltem attritio in eo, qui ante Baptismum peccavit; quia sine retractione peccati actualis non fit ejus remissio, et in eo, qui solum habet originale, propositum servandi legem.

H.N.C. Graviter peccat Sacramenta Vivo administrans peccatori publico nullum signum poenitentiae publicae danti, seu Notorio Notoriétate facti, v. juris, etiam publice petentibus: v. occulto occulte petenti, Modo indigitalem alia via quam per Confessionem sciat, cujus Sigillum violare non licet; quia in utroq. Casu gravem committeret Contra Sacramenta irreverentiam, et Suscipientis peccato sine ratione cooperaretur, excepto casu mortis in quibusdam Regnis, in quibus cum haeretico publicum ob magnum Reipublicae bonum, et spem conversionis contrahere licet P. Paulus Lugd. Nec peccat Sacramenta administrans peccatori occulto publice petenti, cum sine infamia, v. scandalo repelli nequeat, et Christus suo exemplo in Juda, et Ecclesia praxis id doceant, excepto Ordine; quia illo fit manuum impositio, et vitae testimonium petitur; et excepta Poenitentia: quia illius recusatio fit occulte, licet publice petatur; nec licet publice Eucharistiam petenti porrigere Hostiam non consecratam: quia idololatria sacrilegium vitari non debet. Nec licet dare absolutionem ficte, etiam mortis vitandae causa, P. Gervasius, et P. Gobat, quia est mendacium cum injuria Sacramenti; negata tamen absolutione potest Confessarius proferre aliquas preces, ne ad Stantes negationem absolutionis cum fractione Sigilli advertant, P. Paulus Lugdunensis.

Vasis

Quæstio Tertia.

De Effectibus, et Cæremoniis Sacramentor.

12 Quæritur 1° Vtrum sint effectus Sacramentor?
Rp. Prænotanda: 1° Gratia Sacramentalis, alia est vera interior, et communis omnibus Novæ legis sacramentis, et est ipsa gratia habitualis, seu sanctificans 1ª, v 2ª reddens hominem justum, Deoq gratum. Alia est vera, interior, propria cuilibet Sacramento, et est gratia sanctificans, pro ut amœnum habet jus ad gratias actuales necessarias ad assequendum finem cujuscunq Sacramenti. Alia est legalis, et exterior, quæ est Consecratio, seu mundities quædam ecclesiæ, qua quis fit aptus ad certas Religionis functiones obeundas, ut Sacerdotii, et quæ est anti quæ legis.

2° Causa alia est Physica, quæ p. realem influm producit actionem, ut. quam habet effectus, alia Moralis, quæ movet tantum Causam Physicam ad producendam actionem, ut. quam existit effectus, ultraq v est principalis, quæ agit virtute propria, instrumentalis, quæ agit virtute sibi a causa principali communicata.

3° Causare gratiam ex opere operato, est illam causare præcise vi operis ex institutio Domini exercti; Causare gratiam ex opere operantis est causare præcise vi mentis consilientis, v suscipientis Sacramentum.

4° Obex, seu fictio; quæ hic idem sonant est impedimentum ad recipiendam gratiam. Alius est negativus qui est carentia dispositionis necessariæ inculpabiliter, seu invincibiliter ignoratæ ad gratiam recipiendam. Alius positivus, qui est receptio Sacramentum Conscientia peccati mortalis. Hæc notabis.

Dico 1°

Dico 1o Effectus primarius Sacramentor. S. Gratia Sanctificans, at Sacramentalis, quam causant eo instanti, quo sunt essentialiter integra in non habente obicem ex opere operato Conc. Trid. S. 7. Capitul. 8. non quidem physice, sed moraliter, quia Deus Solum movent moraliter ad illam producendam physice, majorem, v minorem, secundum majorem vo minorem subjecti dispositionem Conc. Trid. S. 6. Can. 7. Sacramenta mortuor primam P. se conferent gratiam Sanctificantem; quia primario sunt instituta pro remissione peccator, et P. accidens secundam, si prima P. contritionem, v baptismum in voto jam sit producta; quia alias esset superflua illor susceptio. Sacramenta vo vivor producunt P. se secundam; quia primario sunt instituta ad gratiæ augmentum, et P. accidens primam in non ponentibus obicem, et facientibus, in quantum in se est, S. Thom; quia ita Dei Bonitas exigit. Sacramenta Characterem imprimentia cum obice recepta reviviscunt sublata obice positivo P. contritionem, v Sacramentum pœnitentiæ et sublato negativo P. positionem dispositionis omissæ: quia alias suscipiens gratia Sacramentali maxime necessaria in perpetuum privaret, quod Bonitati Dei infinitæ repugnat; Non vo alia Characterem non imprimentia; quia, cum possint reiterari, pro eis nulla urget necessitas, et sæpe oriri absurditas, ut in reviviscentia plurimar confessionum, et Communionum sacrilege factar ex recepta extrema unctione, et Matrimonio, S. Thom. quia saltem durante eodem morbo, v conjugio reiterare non negerunt. Nullum

Nullum antiqua legis sacramentum causabat gratiam ex opere operato, nec ipsa Circumcisio quia non præcisse vi Circumcisionis, sed ex Dei liberalitate ob futura Xti merita gratia producebatur, nec ex opere operantis: quia parvi illud exhibere non poterant: ergo saltem Circumcisio modo quodam medio inter ff. et modo operis operati producebat gratiam ex meritis Xti et ff. fidem parentum, Ex Gervasius

SSNC. 1m Perfecte contritus cum voto Sacramenti ff. absolutionem, v baptismum flaminis non primam, sed secundam accipit gratiam; qui prima jam præcesserit. 2m Omittens ff. peccatum mortale gratiam sanctificantem videtur amittere etiam sacramentalem, et jus ad specialia auxilia; quia illi est annexum, non vero Caractherem; quia est indelebilis, ut mox dicetur; nec potestatem spiritualem ordinis; quia fundatur in Caractere indelebili. 3m ff. duas primam accipit gratiam recipiens in necessitate Eucharistiam cum vera attritione, et contritione solum putativa, v præmissa Confessione cum attritione facta Sacerdoti quem putavit approbatum, qui tamen non est, v inculpabiliter ignorans se esse in Mortali, et eliciens solum attritionem, S. Thom. v recipiens aliud Sacramentum vivor, ut Confirmationem: quia Sacramenta vivor producunt ff. auferens primam gratiam. 4o Baptismus sine fide, v attritione et ignorantia inculpabili receptus, reviviscat supleta fide, v attritione; omissa vñ fide, v attritione et negligentia mortali, v commisso mortali post baptismum cum obice recepto recipitur contritio, v attritio cum sacramento; quia hoc est obex positivus, qui sola attritione non tollitur

Sic

Sic Confirmatio, et Ordo, in, ṽ cum Mortali Conscia Suscepti ꝓ. contritionem ꝑfectam, ṽ Confessionem revivisant, et gratiam Sacramentalem vi Caracteris producunt.

Dico 2ᵒ. Effectus secundarius quorundam Sacramentor est Caracter, qui imprimitur in baptismo, Confirmatione, et Ordine, ut fides docet in Conc Trid: Ss. 7. Can. 9. et juxta idem Concilium est signum Spirituale indelebile impressum animæ, quo homo ad Divina deputatur, et a baptizatis distinguitur: unde non est mera denominatio extrinseca, ṽ relatio realis ad quoddam agenda, ṽ recipienda, sed est veram aliquem ꝓhysicum, et absolutum: quia denominatio ṽ relatio non dicitur imprimi, sed resultare, bene autem accidens ꝓhysicum.

Quæritur 2ᵒ. quid, et quotuplices sint Cæremoniæ? B.

R. Cæremonia est actus externus Religionis, qui ad honorem Dei, Ornatum, et pompam Cultus divini, ad decentem Sacramentor administrationem, et ad devotionem ꝓpuli exercitandam institutus est. Cæremoniæ aliæ respiciunt Sacramentor administrationem, et vocantur Ritus sacramentales, quor aliqui a Xto, alii ab Apostolis, alii ab Ecclesia sunt instituti. Aliæ respiciunt cultum divinum in genere et vocantur Sacramentalia, sunt q ꝓ partim ab Ecclesia instituta ad quosdam effectus Spirituales producendos, quæ sunt 1ᵒ Oratio Dominica. 2ᵒ Signum Crucis aqua lustrali formatum. 3ᵒ Panis, ṽ fructus ab Ecclesia benedicti. 4ᵒ Confessio generalis, ṽ pectoris tunsio corde contrito. 5ᵒ Eleemosyna, aliaque opera misericordiæ. 6ᵒ Tonsura Clericalis, Abbatum Benedictio, ṽ Regum Unctio. Quæ hoc versu continentur:

Orans, tinctus, edens, Confessus, dans, benedicens.

Venit 3ᵒ

14. Quaeritur 3o. Quisnam Caeremonias instituere possit, An sint laudabiles, ac necessario observandae? R

Dico. Ecclesia potestatem habet instituendi, et mutandi Caeremonias, etiam in Sacramentor dispensatione adhiberi solitas, salva illor substantia, Conc. Trid. S. 21. Capit. 2o. quia accipit a Deo potestatem promovendi exteriorem cultum Dei, et ornandi Sacramenta; sunt honestae, et laudabiles, ac utiles; quia Majestatem, ac Reverentiam Mysteriis Religionis conciliant, eor notitiam promulgant, pietatem fidelium promovent, fidemq nutriunt. Ritus in Sacramentor administratione ab Ecclesia usitatos, et approbatos mutare, negligere, v omittere peccatum est ex suo genere mortale: quia in re gravi, ut est Sacramentor administratio Ecclesiae praecipienti sub mortali est obediendum: Si accidens vo est veniale, 1o ob parvitatem Materiae sic levis sunt, quae removentur leviter aut sine singulari significatione ad solum decorem, et actionem Sacramenti concurrunt ut Genuflectiones, inclinationes, pectoris tunsiones. 2o Si ex defectu non multum culpabili ut defectu attentionis, scientiae, ac experientiae sint omissae.

FIAT. Graviter peccat 1o in baptizando ex respectu humano ad evitandum levem haereticorum derisum omittens insufflationem, et quosdam exorcismos, quia sunt de antiquo Ecclesiae usu, et contra daemones plurimum efficaces, ut docet S. Cyrillus, et S. Augus2; 2o Conficiendo Eucharistiae plurimas omittens Caeremonias licet accidentales, et ob urgentem moribundo opitulandi necessitatem a S. Thoma; quia in hac necessitate potest Missa interrumpi, et postea servatis Caeremoniis continuari.

Secun

Secus, si propriæ mortis ab inimicis, vel propriæ Ecclesiæ ruinæ imminentis vitandæ causa fiat Contra; quia tunc est impotentia physica, eam continuandi. Vide infra Tract. de Eucharistia Lect. 2. Quæ 8. Vel Sic ob diu tantam locum posset redire ad perficiendam Missam. 3° Non vi peccat ad infantem moribundum baptizandum, et alium simul ægrotum pariter moribundum administrandum vocatus omnes non essentiales Ecclesiæ Cæremonias baptizando, et ægroto Extremam Unctionem administrando, omittens, ne utriusq Sacramenti ritus observando, alteruter sine Sacramento obeat; illas tamen postea non supplens, cum tempus permiserit, graviter peccat; quia est materia notabilis, secus si unam tantum, aut alteram genuflexionem, vel Crucem, et &c neglexerit.

Queritur 4° Quinam sint Sacramentalium effectus? 15.

Dico. Sacramentalia remittere possunt peccata venialia, et aliquo modo etiam mortalia, et producere gratiam sanctificantem, non quidem immediate, et ex opere operato; quia non habent eandem, ac Sacramenta efficatiam, nec solum ex opere operantis pios motus excitando, sicut Imagines, bona exempla, et locutio spiritualis; quia vim habent ex institutione Ecclesiæ majorem; sed modo quodam medio, Vid. S. modum operis operati. S. Paulus Lugd. S. Servasius; Conferendo certas gratias actuales ob institutionem Ecclesiæ

a Deo

Acto liberaliter concessas, quibus pii motus peccator⁹ mortalium remissivi, ut Charitatis ac Contritionis perfectæ, alij venialium remissivi, ut Attritionis, et præparantur, etiam interdum alios adhuc conferunt effectus corporales, et spirituales, ut remissionem pœnæ temporalis, et pulsionem dæmonis, operationem sanitatis, non tamen infallibiliter, quia non habent promissionem Dei obligatam, ut Sacramenta. Finis hujus Tractatus Deo

die 20 Xbr

Tractatus

Tractatus II.

De Sacramentis in particulari.

Hic Tractatus duas duntaxat habet Quæstiones: 1ª De Baptismo, 2ª de Confirmatione.

Quæstio Prima.

De Baptismo.

Quæritur 1º Quid, et quotuplex sit Baptismus? R. Baptismus est triplex. 1º Sanguinis, qui est Martyrium pro Xto perpessum. 2º Flaminis, qui est desiderium Baptismi, seu perfecta cordis contritio. 3º Fluminis, qui est Sacramentum, et definitur Novæ Legis Sacramentum a Xto Dño institutum ad Spiritualem hominis regenerationem, et exteriorem Corporis ablutionem factam aqua sub præscripta Verbor. forma. Baptismus est Sacramentum regenerationis in verbo vitæ. 1.

Quæritur 2º Quænam sit Baptismi Necessitas, et quando sit institutus?

Dico. Baptismus est primum, et iterabile Sacramentum maxime necessarium necessitate medii parvulis, et adultis perpetuo amentibus in re, et aliis adultis ratione utentibus in re, vel in voto explicito Sacramenti; quia ita indicare videtur Conc. Trid. Sess. 6. C. 4, et Necessitate præcepti: quia Matth. 28. præcipitur: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, et Excepto duplici casu, Nempe 1º Martyrii, quod in parvulis, et adultis supplet Baptismum conferens gratiam sanctificantem ex opere operato, S. Augustin, et Traditio Ecclesiæ.

2º

2ª Ignorantiæ invincibilis Legis Baptismi, qui tunc sufficit Baptismus in voto implicito in actu perfectæ contritionis, v charitatis, et in proposito generali servandi omnia Dei mandata inductus; in neutro tamen casu gratia sacramentalis, nec Character producitur; quia sunt effectus sacramenti; nec Baptismus in voto tollat delet poenam temporalem, nisi charitas ita

3ª Necessitas Baptismi, necessitate sacramenti, quia sine Baptismo nullus potest intrare Regnum Dei, ut dominus ait Joan. 3. Baptismus fuit institutus ante Xti passionem

esset intensa, ut dotibus et elevationem mereretur. Quia Joannis B. Discipuli ejus ante passionem baptizabant Baptismo Xti, S. Aug.; et incepit obligare facta illius sufficienter promulgatione tempore Pentecostes, quando prognia Lex Nova obligare incepit. Differt a Baptismo Joannis, quia iste non causabat gratiam ex opere operato.

4ª NC. 1º Baptismo sanguinis salvantur et ex opere operato justificantur parvuli, et a nativitate amentes, in odium fidei, v Religionis occisi; quia ita tenet Ecclesia. 2º Adulti lethaliter vulnerati, v occisi, quia fidem negare v ab exercitio certe virtutis desistere noluerunt, licet in somno, v dum actu non cogitaverunt fuerint occisi, modo ante a pro fide Xti, v Virtutis exercitio mori statuerint sine animo se defendendi P. Gervasius; quia intentio, actus habitualis in subjecto sufficit, non v militis contra infideles pugnantis, nec in obsequium Pontificis moriens, nisi ex opere operantis Charitas Dei perfecta simul incurrat. 3º Baptismus flaminis juxta S. Thom, et S. Bernardum ex opere operantis justificatur emittens professionem Religionis, licet defectu materiæ, v formæ non fuisset valida.

Medico, Baptizo, Diligendo, Canto, Ministro.

Valide Baptizatus, ꝙ elicieno actum perfectæ contritionis, ꝙ Charitatis, cum voto explicito Baptismi, si sciat baptismi præceptum, et se non esse, ꝙ non valide baptizatum; ꝙ cum voto saltem implicito in actu Perfectæ Charitatis, et voluntate servandi omnia mandata Dei contento, si nullitatem, ꝙ obligationem Baptismi ignoret. Quæ, quia ita innuere videntur Conc. Trid. ac SS. Patr. testimonia; in utroq. tamen casu si vulnere lethali non moriatur ꝙ a morte resuscitetur, aut post Perfectam Charitatem nullitatem, ꝙ obligationem Baptismi agnoscat, tenetur habita occasione recipere baptismum fluminis; quia Baptismus sanguinis, et flaminis nec gratiam sacramentalem, nec Characterem confert; et graviter peccat adultus sacramentum ultra medium annum absq. rationabili a prælatis approbata causa differens; ꝙ Baptismum parvuli ultra tertiam, quartam circiter diem, ob frequentiora mortis illius pericula; quia quilibet tenetur salutis suæ, et suor. habere curam.

Quæritur 3ᵒ quænam sit Materia, et forma B. Baptismi? R.

Dico. Materia remota ad valorem Baptismi requisita, est sola aqua naturalis, ꝙ elementalis qualiscunq, modo non plus habeat de aliena substantia. Trid. Sess. 7. Can. 2. Praxis Eccles. id, et ipse Xtus Joan. 3. dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua etc. et ad licitatem extra necessitatem debet esse pura sine mistione

Non turbida, nec dubia, et pro Solemni salte
Baptismo et Sacro fonte. D. Gervasius et
Materia vō proxima ẏt exterior partis Cor
ris notabilis ablutio facta a ministro ẏ.
aqvam immediate supra Corpus baptizand
defluentem ẏ. formam ablutionem, aut in
sionem, juxta loci consuetudinem, qve tamen
non essentialiter debet esse trina, nec sub gra
to tellusa lege Speciali, cum unica forma p
nuntiacione, qvē apud latinos ẏs.: Ego te bap
tizo In Nomine Patris, et Filii, et Spiritus
Amen; qvia sub his verbis Xtus Baptismu
instituit Math. ult. nec valet alia, nisi sit
substantialiter æqvivalens, ut Græcor: Bap
retur servus Xti et Debet ẏ pro valore ill
exprimi 1o actio baptizantis, et Persona
baptizandi, qvod fit in lingva latina per
verba: Baptizo te.. 2o Unitas Naturæ di
vinæ, qvod fit ẏ. Verba: In Nomine, in sin
gulari. 3o Trinitas Personar explicita, e
distincta, qvod fit ẏ. reliqva verba: Pat
ris, et Filii, et

H.S.N.C. 1o Defectu materiæ remotæ nulliter b
tizat in vino lympkato, saliva, sputo, lacry
sudore aliove simili humore in cervisia, fusculo,
in liqvore ex vitibus defluente, aut ex herbis
floribusve expresso, vē in aqva rosacea ita S. Th
3e part. qvæst. 66. art 4. ad 5m; neqve valet i
glatia, nive, pruina, et similibus nondum re
lutis: idem dic de aqva cujus tanta sit per
tio, ut potius censeatur Corpus mixtum qvam

2o

2o Dubia materia est aqua ex nive resoluta lixivium admodum tenue v. quid simile et quibus in extrema necessitate utendum est, verum cum conditione: Si hæc materia sit sufficiens: ita tamen ut etiã sub conditione: si non est Baptizatus rebaptizetur.

3o Certa, et valida materia est quidquid retinet significatum aquæ naturalis: utin fontana, fluviali, marina, Alida, v. frigida, turbida, lutulenta, sulphurata, ferruginea, modo non sit corrupta. Item aqua resoluta ex Nive, grandine, glacie, v. ex pannomadido, aut lacu expressa ita S. Thomas Extra Necessitatem autem semper baptizandum ex fonte sacro baptismali de præcepto Eccla.

A.N.C. Ex defectu materiæ proximæ, invalide baptizat 1o Seipsum baptizans, v. solum vestes madefaciens, v. digito, v. solum madefacto baptizandum sine tractu, v. successivo aquæ fluvii tangens, v. super cadentem in puteum, v. fluvium, v. sub tegulis tempore pluviæ stantem, v. fortuito aqua perfusum, v. etiam expressa in fluvium projectum animo eum baptizandi formam proferens; V. si unus abluat, et alter formam proferat; quia in præditis non est ablutio, v. facta a ministro, nisi ministerio adsit instantem sub stillicidio tempore pluviæ,

v̄ nisi infantem in aquam intingat, v̄ projectum in fluvium funem extrahat P. Gervas. v̄ saltem videtur Baptismus dubius, nisi minibus baptizantis saltem fiat baptizati immersio; quia aliter ablutio non videtur a Ministro facta nec debet fieri modo ita extraordinario nisi in extrema necessitate.

2o Dubie baptizat ablutione facta sola in fronte, naribus, digito, capillis, v̄ unguibus aut umbilico in tenuissima veste v̄ secundina Bassen, Gobat, et alii Vel in utero matris Spongia, v̄ tubo aquam infundendo P. Gervas. et alii.

3o Valide tamen baptizat post totalem egressionem infantis faciendo ablutionem in capite aspersione, immersione, v̄ infusione, quamvis non sit trina fluente etiam unica gutta v̄ propino fundere, v̄ tractu, ut formando digito madefacto Crucem in fronte, v̄ abluendo in pectore, v̄ in scapulis P. Gervasius; quae sunt partes notabiles, et in morali estimatione censetur homo ablutus; Si tamen fiere ablutio unica gutta, licet fluente, baptismus videtur dubius, et sub conditione reiterandus B. quia auctores non conveniunt, cum dubium videtur, an vere possit dici unica gutta ablutus; Unde extra necessitatem major quantitas aquae est adhibenda; nec valeret, ablutio fieret in partibus minoribus,

Vel saltem esset dubium; quia dubium est an proplerea possit dici tabluetus, nec iste baptizatur infans extra necessitatem nisi in capite, quia est nobilior pars, et ita fuit ceptb, ṽ usu est receptum S. Gervasius.

4to NC. 3o Defecte forme invalide baptizat, ṽ saltem dubie; quia controversia est inter Doctores, graviterq peccat 1o Omittens in lingua germanica, ṽ Gallica Ego quia sine illa non satis clare exprimitur Persona baptizantis, bene autem in lingua latina. 2o Omittens Particulam Te, ṽ aliquid equivalens, ut in lingua Greca Servus Xti quia non exprimitur Persona baptizandi; ṽ omittens baptizo ṽ Verbum equivalens; quia non exprimitur actio Ministri, vel omittens in lingua Germanica, ṽ gallica Particulam in quia tunc non, ṽ saltem non completus est sensus; bene autem in lingua latina. 3o Dicens: In Nominibus in plurali; quia non exprimitur Unitas Nature divine, ṽ omittens Particulam et; quia non satis clare exprimitur distinctio Personar. ṽ baptizans tantum in Nomine Xti, ṽ Dñi, ṽ Trinitatis absq nominatione Personar. quia non exprimitur Trinitas personar. Valide vo quis baptizat in omni lingua, omittendo Amen ṽ in lingua latina ego ṽ in quia sine illis sensus formalis est substantialiter completus; peccaret tamen contra usum Ecclesie.

Ave!

4. Quæritur 4° Quisnam Minister Baptismi?
& 8. dies, et juxta Rit. Rom. 8. & 10mo dies juxta
Parisiense 15em dies, et infirmetur ad mortem Bill:
si tñ non sit tantum periculum, & illud infirmi eva
serint, non nisi jejunis danda ss Eucharistia et
devotione communicare volentibus Rit. Rom. Cour.
Nisi forte talis esset infirmitas, ut jejunium suffer
re nequeant Tournely, præcipue si diu sint infirmi,
et nunquam jejuni communicare possint; nec licet
non jejuno celebrare pro dando Viatico quia præceptum
viatici non obligat, nisi possit dari juxta Ritum
gravem Eccletic; Nec pbtr incidens in peric
lum mortis eadem die, qua celebravit, & Euchari
stiam sumpsit, adhuc teneme communicare pro Viati
co Tournely P. Gen. et Communior; quia præcepto
jam satisfecit, licet periculum ignoraverit; sicut
audiens Missam, ignarus, esse Dominicam; Imo ea
prohibitum ss eadem die bis vice communicare,
nisi forte aliter forte in aliqua Diœcesi permittat
pro Viatico, interim hac in re respondet Benedic
tus XIIus in Opere de Synodo lib. 7. ibi: in tanta
opinionum varietate ,, - - integrum esse Pa
rocho eam sententiam amplectendi, quæ sibi ma
gis arriserit, quin fiat reus violati Statuti
Synodalis. Pro Hac P. Antoine in indice
tiam communionem omittendam habet. Et
Non jejuno Sacerdoti, & ipso absente Lajco
communicare licet pro salvanda Sacramenti
reverentia, ne igne comburatur, a bestiis devo
retur, & ab infidelibus indigne tractetur, Et
pro evitanda infamia, & scandalo, si inchoata
Missa, presertim solemnis recordetur se non esse
jejunum,

jejunum, potest pergere ne diffametur, & scandalum aut murmur in populo faciat. IIo Pro integritate sacrificii, si sacerdos post consecrationem deficiat, potest, ac debet non jejunus prosequi, si non adsit jejunus; & si sumpto calice advertat, se aquam, & altam materiam non consecrabilem consecrasse, debet denuo consecrare, et licet non jejunus sumere; & si post sumptionem fragmenta inveniat; & etiam finita Missa & in sacristia, vestibus tamen sacris adhuc indutus, potest illa sumere Tamb. Bass. Granad, quia pertinent, et supponitur, ad idem sacrificium; non vero si pertinent ad aliud sacrificium, nisi commode servari nequeant Lugo, Tamb. et alii.

III.C. 3o. A Communione abstinendum, saltem ex decentia, ob aqualem eadem die, & licite in Matrimonio, aut pollutionem in somno habitam; & illicite, sed & poenitentiam retractatam, S. Thom.; quia propter naturalem suam foeditatem turpem imaginationem, lepiditatem, ac distractionem ordinarie causat, et devotionem impedit, nisi infamia periculum, festi solemnitas, Jubilaei consecutio, & celebrandi obligatio ex justitia, & periculum lapsus in mortalia, & singularis spiritualis profectus, & obedientia eam evadeant, & solum animo comsequendae prolis, & petitioni debiti satisfaciendi causa fuisset habita; quia hunc non ita devotionem impedit, nec propter communionem debitum petitum negandum est, nisi de consensu completis; quia dicit S. Paulus 1. Cor. 7. ait: Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus ut vacetis orationi.

IV.C. 4o. A Communione abstinendum ob tussim, & vomitum, nisi cibum, & pastam particulam non consecratam, cum qua fieri potest experientia pro Viatico, saltem S. Horam retinere queat, in dubio tamen potest dari, Gobat; quia Sacramenta instituta sunt propter homines; & si vomitus non ex cibo, sed morbo creatur; sed non, nisi cessante post sex horas vomitu, & judicante Medico, sumpta Eucharistia

Per

per horam non esse vomiturum; si ps. accidens vomat, et species Hostiæ integræ appareant, servet pubica, et caute separatæ in loco sacro s: non in Tabernaculo, Rit. Urgentin: si servent, et corrupte in Sacrarium mittantur, Rub Missal; si non appareant, vomitus comburatur, et cineres in Sacrarium mittantur, Rub. Miss.; Nec vomitorium sumatur, nisi post horam a Communione, nisi post communionem in tantum incideret morbum, et necessitate urgente vomitorio juvari debuet, Gobat.

Nr. 55. Non accedant ad Sacram Communionem facie picta, aperto crine, cultu ad luxuriam composito, Innocent XI.; sed præter faciem nihil nudum cernatur, genibus flexis, non stector, brachiis q scabello innixi, S. Carol. Borom; Non tamen Communionem impedit immunditiæ vestimentorum si non habeant meliores, nec menstruum, nec fluxus sanguinis, nec lepra; si famen aliis honoreque caveret, saltem in publico non communicet lepra affectus, S. Gervasius.

Quæritur IIe. Quot requirantur ad Eucharis II. tiam dispositiones ex parte Animæ?

Resp. Tres quæ ex parte Animæ requiruntur dispositiones ad Eucharistiam cum fructu percipiendam, Videlicet 1a 2a et Status gratiæ, et quidem 1a. Confessionem Sacramentalem ex gravi præcepto divino, et Ecclesiastico omnes Christianos, etiam Sacerdotes quomodocunq; contritos sub mortali obligante, nisi desit Copia Confessarii, et urgeat gravis celebrandi, v Communicandi necessitas, Conc: Trid: Ll. 13. Can 7. quod si necessitate urgente Sacerdos absq; prævia Confessione cum sola contritione celebraverit, quam primum Confiteatur, id 2a est proxima occasione, sub novo mortali, et non suo dunta cat tempore, quando Confitebitur Alexand VII. in damnatione Propositionis 3. et 39 2a est immunitas a Veniali; quia peccata venialia devotionem actualem, ac fervorem Charitatis refrigerant,

ac

de effectum saltem aliquem, N.P. remissionem venialium, quæ sine retractatione non remittuntur, impediunt; non tamen requirit sub præcepto; nec sub novo veniali, modo non habeat affectum ad veniale, nec in actu ipso Communionis sit commissum; quia tunc ob irreverentiam novum esset veniale. 3ª est devotio actualis, et reverentia magna erga hoc Sacramentum, S. Thom.; quia excellentia tanti Sacramenti eam et decentia exigit, et Communio absq. legitima præparatione ff. actus fidei, spei, charitatis, humilitatis, &c., et actuali devotione est pernitiosa, et timendum, ne ad terribiles quis ex ore Sti evomatur.

HINC. 1º. Graviter peccat Sacerdos, si lapsus peccati mortalis Confessus sine prævia Confessione celebrans, v. Communicans, quamvis prius contritionem elicuerit; quia contra grave Dei et Ecclesiæ agit præceptum, Nisi, 1º deficiente loco Confessarii in Mortis articulo communicaverit pro Viatico, v. celebraverit pro Viatico dando moribundo, P. Sevv. Paul. Augd. 2º Regulus proprius Parochiæ in festo, v. Dominica, sine Missa maneat; v. ne murmurandi, temere judicandi, v. diffamandi occasionem præbeat; v. et exequias coram præsente facias; v. Matrimonium, advenientibus jam nubentibus, benedicas v. Missam pro certa die annunciatam dicat; v. si Missa jam inchoata peccati mortalis memor, recedendo ab altari gravem infamiam sibi, v. scandalum aliis causet, S. Thom., Paul. Augd.; quia sunt vere necessitates; si tamen Confessio ipsa vel præmitti, puta inchoata Missa potest commodum sub Confessione confitendo, in Sacrificio jam clausa; v. honesto prætextu Missam populo annunciatam differendo, ad hoc tenetur, Billuart.

Non v.

Non vō post Consecrationem Missam interrum
pere, ibidem; Nec ante Consecrationem cum
populi admiratione: Non vō Sufficit 1ō Simplex
metus admirationis, vō suspicionis ingerendæ
ut si privatus non celebret; vō Clericus, Mo
nachus, aut Monialis non communicet in
die a Statutis, vō Consuetudine pro Comunione
indicta, Paul Lugd; quia non gravis oritur in
de infamia, nec scandalum, cum suspicio, et
admiratio aliorū non sit grave peccatum, nec
desunt media prolevandi aliam indispositio
nem. 2ō Nec Sufficit obligatio satisfaciendi
oneri Capellaniæ, vō ut pro stipendio celebret,
ut ex eo vivat, nisi esset necessitas valde
gravis, vō extrema, Lamb. 3ō Nec ut ipse,
vō alius particularis in festo, vō Dominica
Missam audiat. 4ō Nec pro evitanda etiam
gravi infamia, si quis ob pravam consuetu
dinem absolutionem non acceperit; quia
stat penes ipsum opitulante Dei gratia se
emendare, et absolutionis se dignum efficere.
5ō Nec si ultima die quindenæ Paschalis de
fuerit copia Confessarii; quia impotentia ex
cusat a præcepti obligatione, et potest Con
fessio paschalis differri; nec si solum absit
Confessarius ordinarius vō in quem singularem
habet confidentiam, vō si in præsentem omino
habeat confidentiam, vō si sua secreta ei revelare
nullam habeat, vō si sua secreta ei revelare
pudeat; quia hæc sunt onera Confessioni intrin
seca, quæ omnes subire debent; Nec si solum adsit
Confessarius pro non reservatis, sed si reservata
ta confitenda habeat, illa cum alio ei confiteri
tenetur, et indirecte absolvi, cum onere proxima
occasione alteri habenti potestatem ea confitendi,
Lugo. Bill. et alii. Interim Excellentissimus Lud
ovicus Josephus Martonfi sustulit absolutionem
indirectam pro Dioecesi Transylvaniæ

Nec casus

Nec excusatur, si Confessarium absentem sine gravi incommodo accedere queat, ut non nisi ſ. horam distantem favente, tempore, sanitate, ac negotiis, et hora celebrandi non urgente; quia tunc non est vera necessitas. Sine confessione celebrandi.

4.4.4C 2o. Graviter peccat in necessitate deficiente copia Confessarii Celebrans, ꝙ Communicante non præmissa Contritione mora liter certa, nisi imminentibus hostibus præcipue hæreticis gravem timeret Sacramenti irreverentiam, et anteillius sumptionem ob animi perturbationem non posset conferi, ꝙ Missa jam inchoata, ꝙ ante linteum communicaturus flectens, tam cito Contritionem perfectam elicere non posset, nec sine scandalo, ꝙ infamia recedere, dixit Vasquez, non sufficit tamen quilibet ignominia metus, nec facile in ejusmodi excusatio probabit; cum paravam in hac materia facere, et occulte mente conferi possit.

2o Graviter peccat Sacerdos, sin necessitate deficiente Confessarii contritus celebraverit et non quam primum habita prima occasione Confessus fuerit, Sed suo solum tempore post tres, 4or, aut plures dies neglecta prius habita occasione, quam vis non celebraverit, Sed solum communionem laicam sumpserit; ꝙ si non mortalis conscius, Sed ex obliviosione in mortali accesserit, ꝙ non in necessitate, sed ex malitia celebraverit, P. Gerv. et alii; ꝙ solum de mortali dubitaverit, P. Gerv. Cum communissima, licet non amplius sit celebratum, P. Paul Lugo; quia in præcitatis eadem est ratio, ac si in necessitate mortalis conscius celebrasset, et dubia sunt sicut cætera confitenda, nisi esset scrupulosus Sobat, Tamb.; quia isti timent, ubi non est timor; ꝙ nisi dubium ob rationes sufficientes deponerent, P. Gerv; non tamen tenetur laicus, ꝙ non Sacerdos sumpta in mortali Eucharistia quam primum illud confiteri, Sed sufficit suo tempore quando alias confitebitur, Suarez, Vasquez, Paul Lugo, Gerv; quia Conc. Trid: loquitur tantum de Sacerdotibus; nec peccat Celebrans non integre absolutus ob ritenticia.

Alexand.

Alexand VIII. in damnatione propositionis oppositæ, Thom. et Cham.; nec peccat Conscius plurium tantum venialium non præmisso dolore, Conc. Trid. ll. 13. Cap. 7. et 8; quia vestè nuptiali gratiæ Sanctificantis censetur indutus, modo in ipso actu Communionis non actu peccet voluntaria distractione, vana gloria, & de veniali complacentia; quia tunc novum veniale committeret ob Specialem contra Sacramentum irreverentiam, Tolet, Rhodriguez, nec carens suavi perfectæ Charitatis sensu, Necis, cui non in gl amor Dei purissimus, et omnis mistionis expers a communione arcendus, Alexand. VIII citt; Congruenter tamen, et laudabiliter, et aliquando necessario Sacra differtur Communio gravi consuetudinibus implicatis, & nuperime in enormia peccata prolapsis, & lepidis ad Sacram Communionem sæpe accedentibus, et de venialibus se non emendare curantibus, donec se pietatis operibus dignum Xti habitaculum præparaverint, modo non urgeat præceptum, & alia Communicandi necessitas, S. Paulus Aug.

Quæritur 1o Quænam sit Eucharistiæ necessitas, et Obligatio Communionis?

Dico. Eucharistia non est de se ad salutem necessaria necessitate medii, nec in re, nec in voto stricte proprio; quia sine illa, ac illius voto proprie dicto salus obtineri potest, ut a fortiori, prout de fide definivit Conc. Trid. ll. 22. Can. 4.; et ab adultis statim post Baptismum morientibus; quia cum habeant gratiam Sanctificantem, & Baptismum in re, et nihil illis, qui in Xto sunt, sit damnationis, Rom. 8; potest tamen esse necessaria, 1o Necessitate medii in voto impropriè dicto, et sumpto pro voluntate generali servandi omnia mandata Dei ac proinde sumendi Eucharistiam tempore præcepto, quia hæc voluntas requiritur ad primam gratiam

Sanctificantem

Sanctificantem in adulto; v in re ℣. accidens, si in peccato mortali solum attritus usu rationis privaretur, et nullum aliud posset recipere sacramentum, nec extremam Unctionem, Thom. et Cham. quia tunc nullum aliud haberet remedium recuperandi primam gratiam. 2do. Necessitate praecepti pure divino omnes adultos ratione utentes, etiam infideles obligantis, quia Ius omnibus etiam Capharnaitis infidelibus, Joan. 6. illud imposuit sub positis debitis dispositionibus ℣. Baptismus Fidem, et si infantes quamprimum amos discretionis, Conc: Trid: S. 21. Can. 4.; v usum rationis, judicio Parochi sufficientem adepti fuerint, qui aliquibus circa 7mum 10.mum aliud modo circa 11.mum contingere solet, Tournely; praecipue autem ℣. se obligat, 1o In articulo mortis, quia Conc: Nicen: ita Statuit, et ad superandas tentationes in ultima lucta ordinarie vehementiores praecipue est necessaria. 2do Pluries in vita, quia anima Spirituali nutritione sepius indiget, quam obligationem Ecclesia accepta a Xto Potestate determinavit pro omnibus perfecto usu rationis gaudentibus 1o ut fiat semel in anno tempore Paschali a Dominica Palmar 15 diebus, comprehendo Sabatho Palmar, si incidat festum annuntiationis B.V. Mariae. 2do In Ecclesia Parochiali, quia ita innuunt Canon: Omnis utriusque et variae bullae praecipue Pauli IV. et Clem. VIII. 3o De manu Proprii Parochi ibidem; v illius substituto Tournely. In Transylvania sufficit ubicunq; peregisse Confessionem, et Com. Paschalem, et consuetudine jam introducta, teneatur tamen suo Proprio Parocho dare Schedulam Paschalem Authentikam. Tempus v communis Quadragesimalis in Transmia 4r mensis unus,

Re militaribus etiam duo ad arbitrium Supre
mi Capellani Castrensis. 4= Non sacrilege
Innocent XI in damnatione propositionis 65=
quia non esset refectio animae, sed mors. Poena
autem est communicationis, et privationis Sepultu
rae Ecclesiasticae contra eam communicantes
in tempore Carchali latae sunt ferendae sententiae,
Layn.; et non nisi jubente Epō infligendae P.
Gen. Lenig. obligat ff. audientes, quoties probincenda
gravi tentatione, ṽ evitando mortali judicatur
necessaria: quia quilibet tenet adhibere remedia;
quando ad salutem aeternam consequendam sunt
necessaria.

4 INC. 1= Graviter peccant Parochi Comunionem
ex negligentia sine ratione infantibus perfecto
usu rationis gaudentibus differentes, ṽ Parentes
eam illis non procurantes; quia obligant praecepto,
ṽ Viatico in articulo mortis quando dati certo
sunt capaces, nimirum quando sciunt distinguere
inter Eucharistiam, et alium Cibum, quando advec
tunt, se male agere, et homines propter talia a
Deo puniri, P. Gen.; si dubitet de usu rationis,
potest dari; quia olim etiam ante usum rationis
dabatur, et Sacramenta sunt in favorem homi
num instituta; ṽ non dari, Hugo, Rhod.; quia
nondum contraxerunt, nec agnoscunt obligationem.
2= Graviter peccant aegroti lethaliter decumben
tes Communionem negligentes; ṽ rei mortalem
damnati, si illam possint habere; ṽ milites
Prelium inituri, si prius communicare possint,
Naudet longam, ac periculosam navigationem
instituentes, praecipue in mari; Puerperae primo
parientes, ṽ parte ordinarie periculoso laboran
tes; quia omnes praedicti censentur in periculo Mor
tis versari.

3=

3o Graviter peccat faciens communionem Paschalem, sed sacrilege, 4o Graviter peccat omittens Communionem Paschalem, quia ligatus est Censura, & quia ob odium, voluntatem nocendi, & non recipiendi, veniam petendi absolutionem non obtinuit; quia potest, et tenetur absolutionem a Censura sibi procurare, et ſt. emendationem vitæ absolutionis se reddere dignum, nec potest ipse propria malitia suffragari; non vō peccat, si Confessarius differat absolutionem ob Confessionem generalem judicatam necessariam, ād probandum, an Concubinam ejiciat, inimico condonet, restitutionem faciat, vel alia causa rationabili. Tonneli Pont; Non vō excusatur falsa humilitate se proprio judicio indignum communione reputans, Toubneli; quia non subsistit vera humilitas, cum Legis transgressione. Prævidens impedimentum Paschalis communionis debet prævenire Pontas. & Communionem omittens quam primum debet suplere: quia duo præcepta sunt, et Communionis Minister, et Paschalis Cap. Vide Antoine Theologo 12. et quidem suppleat, 10 Anno quam primum, nec excusat eos infirmitas quia tenentur advocare Confessarium. Communio item qui ob vomitum et nequiret communicare debet elicere desiderium.

13. Advenit 13o An Eucharistia sub utraq Specie sit necessaria?

Dico. Quamvis Eucharistia sub utraq Specie a Xto Dño fuerit instituta, non tamen jure divino laicis sub utraq Specie fuit præcepta; sed solum sacerdotibus illam consecrantibus, ita definivit de fide, Conc: Trid. S. 22. Can. 1.; quia sub unica Specie totus sumitur Xtus cum Corpore, et Sanguine, et Sumptione unius solum Speciei panis totus a Xto promittitur Eucharistiæ effectus essentialis, ut Vitæ Æterna Joan. 6.

Nec

Nec jure divino utriusq Speciei sumptio fuit prohibita; cum primi fideles eam aliquando sub una aliquando sub utraq sumpserint Specie, Actor. II, et ita donec traditio, ac praxis Ecclesiæ usq ad X. Seculum; postea tamen crescente numero fidelium Ecclesia justa de causa laicis usum Calicis interdixit: Videlicet 1o Ob periculum effusionis Sequiv Seculo ob multitudinem populi Christiani accedentis. 2o Ob difficultatem Speciem relictas conservandi. 3o Ob multos ex eodem Calice bibendi repugnantiam. 4o Ob penuriam Vini in multis Regionibus. 5o Ne ob hæreticor Contentionem et ob Continuum usum jure divino crederetur necessaria; nec Eucharistiam sub utraq Specie sumentibus major confert gratia ex opere operato; quia sub eadem rab sub utraq Specie, et ita declaravit Conc: Trid: Sess: XXI. Can 3.

Queritur IIo An Communio quotidiana sit Licita? R.

Dico. Quamvis quotidiana Communio existenti in Statu gratiæ non sit sub mortali prohibita, et in se, et ex parte Sacramenti laudabilis, et a Conc: Trid: Sess. 22. Can. 6. exoptata, ut fiat ab omnibus fidelibus; ex parte tamen sumentium illius utilitas ex eor dispositione, puritate Conscientiæ, qualitate Status, et negotior dijudicanda est; et ex SS. Patribus recte infertur. 1o Paucissimos hoc tempore ut pote frigido esse, quibus quotidiana Cõmunio permitti possit; cum non nisi extraordinario fervore ardentibus, et ab omni affectu veniali liberatis, ac in Statu primitivo a Caelesti existentibus concedenda sit. 2o Paucissimos esse, quibus hebdomadaria possit prohiberi cum positio Statu gratiæ solum de Scientes antecedentibus, de venialibus se emendare non curantibus,

Vel nupernime in enormia peccata lapsis aliquando differenda S.t Paul Lugd. 1.3c Nullum esse in Statu gratiæ existentem, cui mentem non possit Consuli; quia Antidotum ℣, quo liberamur a culpis quotidianis et a peccatis mortalibus preservamur, Conc: Trid: Ss. 13. Can 2.

15 Quæritur 15c Primum sint effectus Eucharistiæ?

Dico. Eucharistiam non per se conferre remissionem peccator, ac primam gratiam Sanctificantem, de fide constat, Thom. et Charm.; quia est Sacramentum vivor ℣ primam gratiam tanquam dispositionem supponens, prout indicat Apostolus 1. ad Cor. 11. Probet autem se ipsum homo: hinc autem illam causat ℣. auidens, S.t Thom., unde sex sunt effectus Spirituales, 1.o Primarius est Nutritio Spiritualis animæ ℣. augmentum gratiæ Sanctificantis et jus ad gratias actuales ad Conservandam Vitam Spiritualem, Charitatem, ac unionem cum Deo; quia primario ad hoc a Xto est institutum, quem causat cum manducatur fruiendo, et recipiendo Species in Stomacho. 2.o Est remissio venialium, partim vi Sacramenti, partim mediantibus actibus ad prios affectus Contritionis, et Mag. S. Gerv., et preservatio a mortalibus, Conc: Trid: Ss. 13. Can 2. 3.o Est dulcedo Spiritualis Animæ, nisi pravis, et inordinatis affectibus impediatur; quia est Cibus Spiritualis Animam recreans. 4.o Pœnæ aliquas remissio, S. Thomas. 5.o Est gloriæ adeptio S.t Thom., quia est pignus futuræ nostræ gloriæ, ac æternæ hæreditatis, Conc: Trid: Cit:. 6.o Est Viaticum; quia præbet vires ad Patriam: Effectus vò Corporales sunt quatuor Primum ℣ Unio Carnis Xti cum nostra, ita SS. Patres, non ℣. Unionem Hypostaticam, nec Physicam ℣. modum formæ; nec solum localem ℣ realem præsentiam, sed moraliter simul,

et

et realiter nos in Xtum convertendo amore, ac imitatione, et Spiritu suo nos informando, etiam consumptis jam speciebus. P. Gen. 2° Diminutio Ardoris, ac fomitis concupiscentiæ, S. Thom.; quia Sl vinum germinans Virgines Zach. 9. 17. 3° Ex dies hilaritas, vultus lætitiæ, oculor modestia, linguæ refrenatio, et honesta sensuum, actotius corporis compositio. 4° Resuscitatio in novissimo die Corporis gloriosi, ad majorem Nti. splendorem, et gloriam. Juxta Joan. 6. Xtus ita promisit, protestq Eucharistia prodesse aliis, etiam defunctis, non quidem ut Sacramentum ex opere operato. S. Thom.; quia est cibus ex opere operato non nisi sumenti proficiens; Bene autem ut Sacrificium, ut dicetur infra, et ut Sacramentum ex opere operantis, etiam defunctis, ut declaravit Sl Congr. Caad. Conc: Trid: damnando Propositionem Contrariam.

Sl 8C. 1° In mortali inculpabiliter digne ranter cum sola attritione communicans Sl accidens recipit primam gratiam; Si vo. culpabiliter & scienter fiat, cum sacrilegio sua peccata augel; quia Sl Sacramentum vivor. 2° Retinens speciem Eucharistiæ in ore usq ad eor corruptionem, nullam vi Sacramenti recipit gratiam, quia illud non manducavit; Bene autem post illius consumptionem illas e Stomacho ejiciens corruptas; quia vere manducavit; Consulendum ei tamen est, ut iterum communicet, si urgeat præceptum, quod non solum consumptionem, sed etiam detentionem Sacramenti videtur exigere,

nec

Nec satis certo constat, quo tempore gratiam causat. 3o Non majorem recipit gratiam divinus species in stomacho incorruptas retinens, saltem ex opere operato; qui alias major hostia, et major vini quantitas majorem producerent gratiam, cum corruptioni diutius resistant, quod videtur carere fundamento. Bene autem P. accidens pios eliciendo affectus, P. Gerbet alii. 4o Offerens sacram communionem pro Amico, v. Anima in Purgatorio sibi soli ex opere operato prodest; quia causat gratiam P. modum cibi ex opere operato, et aliis, pro quibus offert, ex opere operantis P. bonos affectus, quos dolor communicatis suffragiorum.

Tempore quo? per quem? Effectibus ant.
De quo dici queunt, sacrificat dicit.

Pars Secunda.

De Eucharistia prout est Sacrificium.

16. Quæritur 1o Quid, et quotuplex sit sacrificium? Resp. 1o Sacrificium late est quodlibet actio Deo oblata, ut Oratio, Eleemosyna et. Stricte et proprie dictum definitur: Oblatio externa rei sensibilis legitime instituta, et soli Deo facta a legitimo Ministro P. realem Victimæ immutationem v. destructionem, ad declarandum Supremum Dei dominium in omnes Creaturas et Nostram subjectionem; Vel brevius: Est destructio Rei oblatæ, qua Deum vitæ ac mortis Authorem agnoscimus Bellarminus; est q. inter omnes actiones Religionis excellentissima

Quæst. 2ª An Missa sit verum Sacrificium?

R. 1º. Esse et quidem de Fide Trid: Sess. 22. Can 1. Nam convenit ei definitio Sacrificii: quod est oblatio rei sensibilis facta Deo, ꝑ immutationem Victimæ in recognitionem Supremi Dominii Divini. Nam: 1º Est oblatio rei sensibilis, quia Corpus Xti offertur sub specie sensibili. 2º Est Victima Deo facta ꝑ immolationem seu immutationem Mysticam: M quantum Corpus, et Sanguis separantur; dum Verbor. sub Speciebus Panis ponitur solum Corpus Xti, sub Speciebus Vini solus Sanguis; Vel moralem in quantum Corpus Xti Gloriosum et impassibile quidem, sed in Statu quem sub Speciebus acquirit Cibi Potusq instar sumi potest. 3º finis et oblationis est Collatio Supremi Dominii divini: ergo Missa est Verum novæ Legis Sacrificium. Cum quid Xtus hoc Sacrificium ita instituit, et continuandum præcepit Luc. 22. Hoc facite in meam Commemorationem.

N.B. C. 1º Missa in die Parasceves non est vere Sacrificium; quia non fit in ea Consecratio, nec est obligatio illam audiendi in die Actio, nec est obligatio illam audiendi in die Absentiationis B.V. in eam Cadentis. 2º Sacrificium Crucis, Cœnæ Dñi, et Missæ sunt idem numero quoad rem oblatam, Non vō Crucis quoad modum; quia illud est Cruentum, alia incruenta, et illud Cœnæ, et Missæ differunt numero quoad diversas Numero Consecrationes, et Species. Vers. 3º Differt Sacrificium a Sacramento 1º quia Sacrificium Consistit partim in actione Sacrificandi ꝑ Consecrationem, partim in Victima immolata; Sacramentum vō in re permanente 2º quia ad essentiam Sacrificii requiritur utraq Species ad representandam Mortem et ꝑassionem Xti; ad Sacramentum vō sufficit unica.

3º

3º Sacrificium primario et immediate ordinat ad Cultum Dei; Sacramentum vō ad nostram sanctificationem.

Resp. 2º Essentia hujus Sacrificii consistit in Consecratione ita S. Thom. Opusc. 72. articulo 1. Sed quis effectus hujus Sacrificii? Resp. Cum hoc Sacrificium habeat Virtutem omnium Sacramentor. Veteris Legis et Sacrificior Scitici Holocausti: quo victima tota ✠. ignem consummabatur et quidem pure in honorem Supremæ Majestatis divinæ, et Hostiæ pro peccato: quæ eor sumebatur partim ✠. ignem, partim ✠. Sacerdotes in expiationem peccator offerentis. Et Hostiæ pacifica quæ consumebatur ✠. ignem, a Sacerdotem, et donantem pro beneficiis jam acceptis, vel in futurum accipiendis; ideirco Fructus Sacrificii 5ⁱ sunt: Latreuticus in adorationem Dei, Eucharisticus in gratiar actionem, Propitiatorius in remissionem peccator. Impetratorius pro impetrandis gratiis. Satisfactorius pro satisfactione pœnæ peccatis debitarum.

Resp 3º Via tres sunt offerentes Xtus, Sacerdos, Ecclesia: Fructus illi pariter in tres portiones dividuntur. Ut: 1º In Ministerialem, seu Specialem, quæ Nomine Xti applicatur dantí Stipendium. 2º In Specialissimam, quæ respondet Celebranti rez et applicabilis alteri. 3º In generalissimam, quæ omnibus et Ecclesiæ Membris unitis respondet, et contingit ex ipsi vi ex opere operato Xti, vi ex opere operantis seu ex merito hominis celebrantis, assistentis, precantis, audientis Missam.

18. Quærit 3º Quinam sint Sacrificii Missæ effectus, et quis ejus modus?

Resp. Ex Tridentino Sess. 22. Can. 3. ibi Si quis dixerit, Missæ Sacrificium soli prodesse Sumenti nec pro aliis Defunctis, pro peccatis, pœnis et satisfactionibus et aliis necessitatibus offerri debere Anathema sit.

H.H.C. 1m Missa ut Sacrificium propitiatorium pro duit remissionem peccator quoad culpam mediate Pp. conferendo gratiam Convertionis cooperanti: prodest autem immediate remissionem poene temporalis peccatis quoad culpam remissis debitae. 2m ut impetratorium, habet vim impetrandi omnia genera beneficiorum, etiam temporalium, quatenus ad salutem conducunt; sed secundum dispositionem Divinae Providentiae

Verit. 1m Vae quantitas, et qualitas hujus Sacrificii 19.
Rep. 1m Ex parte Acti, et in actu primo Missa est infiniti valoris quia commensuratur Victimae, quae offertur: Unde fructus Latreuticus est simpliciter infinitus. 2m Ex parte hominum et in actu secundo est simpliciter finitus, cum Deus nolit unico Sacrificio deleri omnes poenas peccati debitas, et obtineri omnes gratias possibiles sine fine et, sed tantum secundum cujusq; dispositionem, meritum, et Capacitatem. 3m Est tamen secundum quid fructus, et Valor infinitus ut quantumcunq; multiplicentur Fideles in Ecclesia, eique prodest Sacrificium millenis, sicut finito perseverat Centenis: Verbo extensive est infinitus. Deinde Portio Specialis est intensive infinita, juxta dispositionem recipientis: ut quo major est dispositio recipientis eo major sit fructus Sacrificii: Sedes est melius si Pagani haeretici Convertentur.

H.H.C. Inter eos quibus applicatur fructus Sacrificii hic ordo sit. 1m Plus prodest Sacerdoti quam Celeri. 2m Plus danti Stipendium quam non danti: plus assistentibus quam non assistentibus: plus Specialiter designatis quam non designatis sive vivis, sive Mortuis. Hic

Hic Nota Propinem damnatam ab Alexandro
7. Nro 10 Propositam non est contra justitiam pro pluribus Sacrificiis Stipendium accipere, et Sacrificium unum offerre. Imo hoc
caret etiam contra justitiam, si pro Missa
gratis Boami Missa, a Petro pro eadem Missa
Stipendium acciperet.

20. Quint. 5ª Quæ dispositio necessaria ad fructum

Resp 1ª In offerente requiritur intentio, qua quis
saltem habitualiter intendit applicare fructum
licet exigatur virtualis ad Confectionem Sacra
menti. 2ª In recipiente pro fructu impetratio
nis non est necessaria dispositio, cum etiam
ignorantia et peccatori possit ab altero obtineri
gratia. 3ª Universim requiritur Capacitas per
sonæ, sic Beati sunt Capaces Solum fructus
Eucharistici, damnati nullius, excommuni
cati non tollerati non sunt Capaces fructus
ex opere operato, et simul illicite offertur
pro illis Sacrificium, sed potest offerri pro
conversione Paganorum, et utilitate hæreti
qua fit ⁊. Conversionem eorum, imo pro omni
necessitate quæ conducunt ad Salutem.

Colliges hominem cui applicat Sacrificium
idem obtinere ex opere operato a bono Sacer
dote, quam a malo secus ex opere operan
tis nam boni Sacerdotis ex opere operato
tis major fructus.

21. Quæritur 6ª Votivæ Celebrandum?

Resp 1ª Omnis Sacerdos ex jure divino
tenetur aliquando celebrare sub gravi ut
S. Thom. et patet ex Verbis Xti Hoc facite in
meam commemorationem. item.

Item Trid: Sess. 22. Can. 2° Per annum saltem
teneatur aliquoties; Curati vo teneantur quotie
praeceptum urget populum audiendi Sacrum:
Si ff. alium Parochialis non sit provisum,
Substitutum Trid. Sess. 23. Can 14. Soli et benefi
ciati; et ii qui quotidie Missas conventuales
celebrare tenentur. Ratio est unica Allatum
mandatum Trid: imponens Epis ut Sa
cerdotes urgeant ad frequentiorem celebra
tionem. Altera est quae rela Imo III.
3° Quamvis singulis diebus liceat celeb
rare excepto Parasceves in quo nulla datur
Missa. Item Feria 5ª In Coena Domini, et Sa
bbatho Sancto in quibus praeter unam Solem
nem omnes privatae prohibentur a Be
nedicto XIV. licet tantum semel celebrare
una die Exceptis duobus Casibus Vid. Die
Nativitatis Dñi, et cum Sacerdos duabus
Parochiis praes, vni quidem, sed tamen
ex Epi licentia in Matre et Filia ejusdem
Parochiae bis eodem die celebrare permitti
tur ita declarat — Consuetudo, et pos
na Statuta in Sacerdotem sepius celebran
tem et Bened XIV.
HINC. Abolitum sepius celebrandi 1° Die
Nativitatis praeter tres. 2° duplicis Paroc
hiae. 3° Agroti alias morientis sine Viatico
4° Adventus Epi, aut principis Missam
audire volentium. 5° Peregrinantium alias
Sacro carentium. 6° Sepultura in loco Cadave
ris expositi. 7° Benedictionis Nuptial. 8°
Duae Missae unius de Feria, alterius de Festo
9° Quotidie vir prudens judicat esse necessarium

Vera solum Missa licita ubi in Ecclesia Sanctissimum asservatur.

Q. Queritur 7m Quo loco Celebrandum?

R. Quadruplex locus Considerandus Vt. profanus, execratus, pollutus, et Privatus.

Dico. 1m Sine dispensatione vel necessitate semper celebrandum in loco sacro, hoc est Consecrato, qui exigit antiquum jus, vel benedictio, aut saltem deputato auctoritate Epi ut fiunt Consecrati.

2m Non destructo p. plurimos Colapsos, aut corruentem majorem partem incrustationis interne Nam major pars Custodit Consecrabit minorem.

3m Nec profanato p. effusionem sanguinis, aut seminis, immunditiam, aut ingressum excommunicati non tollerati.

4o Et quidem publico quale censet Oratorium Epi, aut Regularium, aut tale, quod habet accessum ex via publica populo, et Campanam. Item templa Valachor Greci ritus Unitor ita exigit reverentia, et praeceptum S. Sylvestri Capitulo nullus in jure antiquo, in Novo autem Trid: quod privilegium Aree portatilis sustulit. Et Clemens XI. qui decreto Nomulli Epi 1703. Missas in privatis Oratoriis inhibuit, et Innoc XI. qui insuper declaravit extraneos non satisfacere praecepto, si audiant Missam in oratorio privato, solum familiae domesticae cone esse.

R. 2o Septem sunt Casus quibus licet extra hujusmodi sacrum locum celebrare, 1m Si Ecclesia vel Oratorium terrae motu, incendio diruta. 2m si tam parva, ut in publica Supplicatione non capiat omnes, quo tempore etiam in Atrio ejus Celebrare potest.

3o

3º In littore Maris antequam Navigantes Navigent.
4º In Mari quando non est magna jactatio, nec periculum effundendi Vasi lachrymas. 5º Si post Trid: detur privilegium Aræ portatilis per Gregorium XIII. Concessit in bulla Decet Romanum Pontificem 1575. 6º Si ab Epõ detur facultas Oratorii privati in tali oratorio celebraturis semper præcipua cura est Epi facultatem inspicere: quæ alioquin parietibus semper affixa esse deberet: et præscriptis ibidem conditionibus firmiter inhærere, 7º et si non exprimatur licentia de pluribus etiam missis una die celebrandis intelligendum est: Unicam tantum una die celebrari licere.

Advertitur 1º Quo tempore, et Modo Celebrandum? 23. R. Licet Celebrare, 1º ab initio Auroræ, quæ quando duabus horis antecedit Ortum Solis usq ad meridiem. 2º In Germania, Hungaria, Prussia, ac alibi tribus horis ante ortum Solis in hyeme. 3º Regularibus privilegium concessum esse una hora ante Auroram et una post meridiem incho randi Sacrum. Et dant Rhodriquez, Suarez, Valentianum hoc sine gravi causa, vi totius Epi licentia non est actitandum. 4º Necessitas magna solemnitatis exigit, processionum et nonnullarum invertit ordinem.

Modum celebrandi præscribunt rubricæ quæ distinctio in præceptivas, et directivas Bened XIV. videtur Commentitia. Præceptivæ autem sub quibus sunt. 1º Consecrare intra Sacrum tantum 2º et quidem utramq speciem. 3º Sumere aliquid de suo proprio Sacrificio. 4º Sumere non corruptum Vinum, aut panem. 5º Et quidem Azymum in Ecclesia Latina. 6º Parum aquæ immiscere Vino. 7º Celebrare in Vasibus Sacris et Aram Sacrata. 8º Celebrare jejunum et quidem semel de die, et cum lumine. In his major necessitas primarum, quam mediarum, facilior ultimarum,

dispensatio

Dispensatio juxta Clericali . . interim in similibus
rubricæ Missalis accurate recidendæ, et observandæ sunt
24. Quæritur 1° ex libris Auctoris, et instrumentis celebrandi.
Hæc ad tria revocantur Ut. Vasa Sacra, Vestes Celebrantis, et Ornatum Aræ.
R. 1° Necessarium est Calix consecratus ut. unctionem
Materia Calicis saltem interior sit ex auro, v. Argento, v. Stanno. 2° Vestes quæ Calicem ornant
consistunt in Corporali benedicto, pala pariter
benedicta, et parte qua Calicem tegit linea
purificatorio linea, et si juxta Suarez non benedicto, Velum, et theca Corporalis non debent necessario — Sacerdotem vestiunt Sotana
Alba linea, humerale, Cingulum, Manipulus
Stola, Casula, quæ omnes benedictæ esse
debent, v. ab Eppo, v. a Prælato Regulari
ex privilegio: ubi tamen pro Religiosis solus
benedicere potest Rector seu Custos Regularium;
Valide Sacerdote ex Eppi licentia. 3° Aram
Ornant Ut. 1° Cruce de Mappa, v. duabus
altera duplicata, altare fixum, v. portatile
ab Eppo Consecratum, et Reliquiæ Sanctorum
tinens in Sepulchro Ut. Eppi Sigillo muni
to, non violato hoc Sepulchro, aut fracto ita
lapide, ut Hostiam majorem, majoremq Calicem
simul contenere valeat; Vitiatur autem ipsum
Portatile Si non recipiat Calicem cum patena. Alia
Segnit. 1° Portatile non amittere Consecrationem cum minus
in Ara Cardinis. 2° cum lapis a Capsula ligneæ amoveatur
ita Bonacina Colet. Antoine folio 714.

Dein lumen aut geminæ, aut saltem unius
cerei, v. in necessitate olei, sevi, sub Cantato 1°
et posito ut. Venerabili sex Candelæ de consue
tudine sufficiunt, tandem Crucifixus ex consue
tudine: de quo Bened XIV. sic habet, Adsit Cruci

cum Imagine Sti, cag Notabilis, nec sufficit parva in pliqua Statua, alicujus Sancti aut in meca Summitati Tabernaculi. 2o Sufficit tamen Crucifixus, v pictus, solum cum in toda tabula pre reliquis primarium obtinet locum. 4o Si Venerabile sit expositum, servetur Consuetudo Dicecesis.

Quarit 10o Quæ leges de Stipendio Celebran- 25.
tium?

R. Stipendium non est pretium Missæ: esset enim Simonia: sed tacita a Superiore v Consuetudine facta. Sustentationis diurnæ, quæ ab Excellentissimo Bottyáni taxata in Missis privatis ad Xros 30. in Cantato ad ad Florenum in Gramina. quia jure Naturæ conveniens est, ut qui ministrat Altari vivat de altari 1. Cor: 9. quare nec duge vi potest a privato Clerico Stipendium hoc, nec minui in præjudicium aliorum.

2o Quidquid Sapit Sordidiem v avaritiam illud illud censendum est prohibitum ab Ecclesia et qi dem sub gravi. 3o In Specie prohibetur: 1o Anticipato dicere Sacrum pro illis incertis adhuc qui proxime dabuntur Stipendium S. Congr. apud augv. 2o plura Stipendia etiam tenuora acipere et pro iis unum tantum Sacrum dicere Prio damnata ab Alexand VII. 3o Stipendium majus acipere et p. alium Satisfacere dato illi minori Stipendio damnavit Alexand 7. 4o duplicatum Stipendium acipere applicando uni portionem Specialissimam Prio damnata ab Ebd. Aliud est Si intuitu amicitiæ, cognationis, pauperatis et pelens Missam plus offert, hoc enim licitum est acipere. Denig omittere Sacrum accepto Stipendio Censetur contra Bullum est essemortale. Plus vo acipere pro fatigio Missæ extraordinario etiam licitum est.

Resolutiones.

1m Peccat ergo qui sol Stipendia corrogat ut non possit omnibus satisfacere. 2do Qui differt celebrationem quod ex circumstantiis, et offerentium voluntate desumendum est, ut pro infirmis, vel agonizantibus, a fortiori vel parum proximis, itinere et intelligit statim satisfaciendum esse. Si detur ad intentionem, vel pro Defunctis, et ut legitur in decreto Urbani VIII. intra modicum tempus celebrandum est; Modicum autem tempus S. Congr. definivit unum Mensem circiter, Conservando ad duos Menses se posse excipi. Verum id melius fit, cum Consensu offerentium. de variis Missae generibus Colore, et aliis rubricis vide Missale. Vestes vero tunc amittunt benedictionem cum amplius honeste usui esse non possunt, ad functiones sine Scandalo V.G. quando Alba tollitur manica, et Cingulum nec longior pars sufficit cingere. E contra vasa, et Paramenta ad Missae Sacrificium pertinentia solo usu et contactu speciem Sacrae benedictionem vel Consecrationem non accipiunt, quia pendent a ritu ab Ecclesia instituto. Denique Vialdis, Ciborii, vel Nubula, et in Monstrantia legitur benedictio non nisi in Pontificali Romano. Observare Colorem est grabis obligatio.

2m Abrumpere Missam non licet post factam Consecrationem nisi periculum vitae imminet alicui Consecrata una Specie, Consecrandam cito aliam, et sine orationibus Sumendam in Casu gravis necessitatis et discedendum ab ara docente Liturgice. Interrumpere ante Consecrationem licet Sacrum quando subito de vita periclitanti etiam extra templum dandum Viaticum, Extrema Unctio, aut audienda Confessio. Post Consecrationem vero solum intra templum morituris Confessio audienda. Si vero tali immistrandum Viaticum nec alia hostia adsit pars hostiae Sacerdotalis danda modo parvo etiam Sumat Sacerdos.

3o

3ª Probabile est consuetudinem conservandi ardentem lampadem coram Eucharistia in Tabernaculo non obligari sub gravi p. se loquendo.

4ª Exporitio SSmi Sacramenti permitti non debet nisi ex publica causa ab ordinario approbata etiam in Ecclesia Sit Regularium quod ex Trid: Sess. 21. Cap. 8. civili et Statuit S. Congreg. Concilii quamquam ex causa privata licet Regularibus in propriis Ecclesiis exponere Sacramentum dummodo non extrahat e tabernaculo, et Hostia sit velata, si extrahat tunc 12 Candelæ ardentes ibid Paragrapho 23.

5ª Sacerdos Missam applicet tunc, cum se ad eam præparat Quitone Tomo XIV. folio 139.

6ª Sacra rituum Congregatio tolerari posse censuit, Missas de requiem in duplici Festo, quod non est de præcepto, seu Fori: ut Populo volentes impleantur. 1ª Septembris 1667. Non ait ad arbitrium vivor: quod bene Nota: Sed pro implenda lege Festor. Item si contingat Anniversariam Diem, vel 7am vel 30am in Festo celebrari, tunc in sequentem diem potest transferri: ut annuit Sacra Congr. 27ª 7bris 1608.

7ª Ubi nullum Statutum est Stipendium a Sacerdote, vel alio, pro certo numero Missarum tunc ex Casu statuere debet Ordinarius, non autem hæres, vel alius et juxta morem Civitatis. Item Caveat unusquisque ab onere perpetuo Missas Sustipiendo, sive Secularis sine licentia Epi, sive Regularis sine licentia Superialis, dandam Scriptis et gratis: Aliquin Secularis ab ingressu Ecclesiæ erit de jure interdictus: Regularis autem Poenam privationis officii, et perpetuæ inhabilitatis ad officia, vocem activam, et passivam privationem ebdomadalia declaratione incurret. Sacra rituum Congr. Tridentini.

8ª Si Pixides vini reperiantur extrinsecus in Cyborio calicibus censeantur non consecrata, et absolvantur

quantificatio

purificatorio: si interius tutius censeantur Corporalia, et P. secundam purificationem absumantur de Sacrificio Missæ Lib. 3. Cap. 17. Sec. 7.

2° Generatim monet S. Thom., in dubiis num aliquid omissum sit in Missis, & si certe constat amissum nec illud sit de necessitate Sacramenti negligendum esse; si vero illud sit de necessitate Sacramenti, illud iteretur, et reliqua omnia ex ordine deducantur. Ibid. Cap. 15. Nro 16.

10° Sacerdos celebrans si habeat Hostiam parvi moduli, melius faceret si populum admoneret ne miraretur, si illam elevabit pro majori quæ tunc non suppetit; potius quam utatur sententia aliquot, qui censent posse tunc extrahi e tabernaculo hostiam majorem, quæ forte ibi adest, et elevare illam ad elevationem. Ita ex Canone relatum de Consecr. dist. 11ª Sec. 9ª.

11° Missa in altari privilegiato celebranda, semper debent esse de requiem, nisi cum aliud festum duplex, vel Dominica occurrerit: tunc enim aquirit indulgentia, etiam si Missa de festo agatur: et proinde est sive altare illud privilegiatum perpetuum sit, sive ad septennium, & certis solum diebus in hebdomada. Si igitur celebrator sibi Missas celebrari jussent in certis hebdomadæ diebus ad altare privilegiatum, et in diebus istos incidat aliquod festum duplex, satisfit celebratori, cum Missa de festo. Idem dicas de diebus in quibus duplex quidem non cuiuis, sed Missæ pro defunctis vetantur. Ex decretis vanor Pontificum novissime Clementis XI. de Sacrificio Missæ Lib. 3. Cap. 23. Sec. 8ª.

12° Missæ privatæ de requiem celebrandæ non sunt in festis duplicibus, et dominicis diebus, nec infra Octavas Epiphaniæ, Paschæ, Pentecostes, primæ Quadragesimæ, totam hebdomadam Sanctam,

Vigiliis

Vigiliæ Nativitatis Dñi, Epiphaniæ, et Pentecostes. Venig ex decretis Sacr. Congr. infra octavam Corporis Xti, et Natalis Dñi, sicut nec cum exposito SS. Ie nerabile Sacramento ita Epitome Benedicti XIV. fol. 143.

13ª Solemnes et Cantatæ pro Dffiis Missæ, quæ die a Celebratore præscripta sunt et illa vere sit annua illius obitus, celebrari possunt, etiam si officium sit de duplici Majori v Minori, ita ex Decreto Sacræ Congr. de Sacrificio Missæ Lib. 3. Cap. 23. Sº 5. Non vō in Dominicis et Festis de præcepto nec in iis in quibus nec de duplici agi potest. Institutiones Eccles Sº 5. Nro 84. et 85.

14ª Peccat Sacerdos celebrans sine Ministro ut patet ex Cap. proposuit de filiis Presbiterō nisi celebret pro viatico infirmi et tunc ipse sibi respondeat, alias præstat omittere Missam quam vid. si hoc agat, sunt qui negent illum peccare. Epitome Benedicti XIV. folio 147.

15ª Sacerdos Missam celebrans etiam in necessitate dandi Viatici infirmo absq uno e sacris mentis, peccat graviter ex irreverentia, nec enim urget Viatici præceptum, si ministrari nequit, eo modo quo decet. Decretum Sacræ Congregationis de Sacrificio Missæ Lib. 3. Cap. 7. Sº 2.

16ª Si conferens Elemosynam Missæ tempus præfixit ob causam, quæ differri non possit Sacerdos non servans illud tempus, deest obligationi suæ tenetur Elemosynam restituere. De Sacrificio Missæ Lib. 3. Cap. 9. Nro 8.

17ª Sacerdos omnes Missæ habens quotidianæ unicam tantum Missam applicare tenet in festo Natalis Dñi. An vō Parochus teneat ibidem tres ejus diei Missas pro Populo applicare nunquam decisum a Sacra Congregatione reperit, teneatur tamen, ut obviet scandalo debet dicte Missas celebrare ibidem § paragrapho 9ª

18ª

18ª Vetitum est accipere novas a Missar. Elemosynas, iis, qui Veteres habent Satisfaciendas dummodo ut legit in decreto Urbani VIII. infra modicum tempus non possit omnibus Satisfieri. Modicum tempus definibit Sacra Congregatio Concilii esse unum Mensem. De Sacrificio Missæ Lib. 3. Cap. 24. Sº 14.

19ª Missæ nec ita breves sint ut saltem horæ tertiam partem non attingant nec ita longæ ut horæ dimidium excedant. De Sacrificio Missæ Lib. 3. Cap. 24. Sº 2. Item Instit. Eccles. 134. Sº 19.

20ª Missa Cantata in ea distingvit a Solemni, qvod Cantata sit cum Cantu Chori, sed unico Ministro Assistente; Solemnis vò habet adjunctum Diaconum cum Subdiacono: ideirco si Celebrato mandat Cantari sibi aliqvam missam, non requirit Diaconi et Subdiaconus Epitome Benedicti XIV. folio 151.

21ª Commentitia est distinctio inter rubricas præscriptivas. De Sacrificio Missæ Cap. 11. Sº 3. Sed omnes sunt præceptivæ, sed aliqvæ ex malitia aut levitate Sub veniali tantum obligant. Ibidem.

22ª Nemini licet ab Altari recedere cœpta Missa relicto alio Sacerdote ut reliqva supplebat Cardo Nullus Epus de Conf. dist. 5.

23ª Missæ de Spiritu S. De B. V. M. et pro Defunctis qvæ præscribuntur Presbyteris in eor ordinatione dicendæ post celebrationem primæ eor Missæ sequentur Regulas aliar votivar; et ideirco diu non possunt in diebus in qvibus prohibentur dici votivæ id est in Dominicis et Duplicibus et qvando prohibetur fieri de duplici.

Hinc sequitur, qvod non licet dicere Gloria et Credo dum in Missa de Spiritu Sancto qvæ de B. Virgine, nisi hæc dicatur in Sabbatho, Missa vò pro Defunctis debet esse qvotidiana cum tribus orationibus consvetis. Collector Barth. Gavanti de Missis Votivis Lib. 4. Nrº 5.

24ª

24o Missæ S. Gregorii quæ a Sacra Congne olim prohibitæ sunt, erant quædam Missæ peculiares, inceptis referte. Celebrum 30 Missas continuatas juxta Consuetudinem a Gregorio indictam non vetuit, quas tamen celebrare debet Sacerdos juxta ritum Ecclesiæ, quare tribus diebus majoris hebdomadæ intermittendæ sunt De Sacrificio Missæ lib. 3. Cap. 23.

25o Missæ Votivæ pro re gravi cantari possunt, in festis non majoribus. Sed non sunt admittendæ in festis primæ Classis Epis. Thesaur. Sac Vit.

26o Votivæ Missæ privatæ dici poterunt quotcunq; in diebus non duplicibus sit neq; in Dominicis et nova rubrica in recognit: Missalis ij Circa quod duo nota: Primum quod prohibeantur Missæ votivæ in his diebus in quibus prohibentur fieri de festo duplici III. infra Octavam Epiphaniæ, Pasch. Pentecostes, in feria IV Cinerum in Hebdomada majori, in Vigiliis Nativitatis Domini Pentecostes quod decrevit Sacra Vit. Congne Die 18o Augusti 1627. Cum quod excepto votivo Dominico intelligenda est, de Die Dominico tantum, et non de officio. Unde si officium Dominicæ transferat in Vigiliam diem ibi votiva dici possunt.

27. Missæ privatæ votivæ dicuntur quocunq; die dici possunt quando Missæ votivæ ad supra lit H.

28o Missam votivam in Dominicis et festis insepultis hoc est præsente Corpore in Ecclesia Concedit Sacra Vit Congne 23 Maji 1603. Sed hoc intellige de solemni Missa, quia privatæ etiam præsente Corpore dici non possunt in Dominicis neq; in duplicibus

29o Præsente Corpore Canit quidem Missa prodefunctis Exceptis tamen duplicibus primæ Classis Sacra Vit Congne 5o Julii 1698 et tamen hoc non satis constat an id vetitum sit in omnibus duplicibus primæ classis, si non tantum in magis solemnibus. Epistolæ Benedicti XIV. folio 1164.

30o

30ª Dies tertia, Septima, et 30ª, quæ habens Missam cum Oratione propria in Missali, nihil habent Privilegii supra alias privatas. Ibidem.

31ª In festis semidup. diebus pro Defunctis celebrandum in Nigro — Paramentis, et Communio servatis tamen rubricis, ut supra de votivis dictum.

32ª Si particulæ asserant ad Altare post generalem oblationem, non debet Sacerdos illas consecrare sine legitima causa, ut si magna multitudo populi parata ad recipiendam Eucharistiam; alias carent Sacramento, tunc vero deberet Sacerdos illas prius offerre mente ante Consecrationem. Capto jam Canone si asseratur particula non esse consecranda, neque prædari Viatico infirmo, tunc enim sufficeret, si Sacerdos ex sua hostia parvam portionem separaret Epitome Benedicti XIV. folio 1151.

33ª Si pixis deferatur ad Altare, nec Sacerdos illas advertit, deque proferens Verba Consecrationis, nihil cogitans de pixide, tunc utique si pixis non sit supra Petram sacram, non censetur voluisse Sacerdos consecrare; Alioquin enim censeretur sibi illicitum voluisse. Quamvis vero sint Doctores qui contrarium censent, cum tamen in Sacramentis conferendis teneamur sequi opinionem tutiorem relicta probabili ideoque in illo casu particulas illas non esse distribuendas populo, sed asservandas ut in alia Missa sub conditione consecrent Epitome Benedicti XIV. folio 1152.

34ª Si celebranti sint præsentes tendentes hostiæ et ille habeat intentionem consecrandi solum decem nec determinet quales, nulla eius et illas consecrandi ut ex rubricis diximus. Quare debet Sacerdos intentionem suam ita dirigere, ut velit omne consecrare quicquid ante se præsentum fuit. Eo quod intelligit Sacerdotem qui eum hac intentione habet in manu duas hostias, unam se tenere, puta tunc supremam, revera consecrare Epitome Benedicti XIV. folio 1152.

34bis. Circa rubricas graviter peccat. 1º Scienter, vel negligentia graviter culpabili contra rubricam præcepti vadit, et Decretum S. R. Congr. in forma rigorosa Decreti promulgati

promulgatum, & declarationem rubricæ præceptivæ agens, & quæ partem notabilem efficiunt, tales sunt rubricæ, 1m de jejunio Naturali; de Materia, forma, intentione Ministri, statu gratiæ, reverentia Sacramenti, de loco, hora, ara, lumine, Ministro masculo, de mundiitia, integritate, benedictione, ac Numero Ministrorum Sacerdotalium, de Calice, Patena, Corporali, Missali, Canone secreto dicendo, de Concordia Missæ Conventualis cum Officio, in Ecclesiis Collegiatis non vò in Regularibus, haclenus Lohn. Serv. 2m Ipso actu celebrationis, præter verba Consecrationis, gravia sunt, Confessio ante gradum Altaris cum Psalmis, Introitus, Epistola, Evangelium, Hostiæ, et Calicis oblationes, Præfatio, Oratio Dominica, Oratio Libera nos in Canone, Verba quæ dicuntur in fractione, et mixtione Hostiæ cum Sanguine, trina Agnus Dei re petitione, & Domine non sum dignus, Ruffi; item mixtio aquæ cum Vino, elevatio Hostiæ, et Calicis post Consecrationem, fractio Hostiæ, ac mixtio cum sanguine, fragmentorum collectio, Patenæ, et Calicis purificatio, Calicis post Hostiam consecratio, et illius sumptio, Ruffinus; Notabilis Joan Canonis, ut aliqua illius oratio, & integra Periodus, & notabilis illius distractio voluntaria, non vò extra Canonem, Paul Lugd; quia prædicta communiter a Theologis gravia judicantur. 3m Per accidens graves leves fiunt in materia gravi, cum eas quis omittit, negligit, & immutat cum scandalo astantium, & cum contemptu, aut habituali indevotione, et negligentia, quia tunc ad sit contemptus, saltem interpretativus; & cum intentione novum ritum introducendi, ut faciunt illi Novatores, qui secreto dicenda, alta voce proferre affectant, & intenta quantitate omittendo, & male faciendo, VG. faciendo inclinationes, et genuflexiones tantum simulatas, & loco crucis Consuevas manuum circulationes, et ut omnia in eadem Missa simul simplici prudentium judicio novum ritum, & notabilem malum efficiant, Ruffinus;

vel

Vel eas faciens ita celeriter precipue ex Consuetudine, ut quis vix in celebratione Missæ, quadrantem horæ impendat, vix a mortali excusari possit; quia ob scandalum astantium, irreverentiam sacramento illatam et contemptum sacrificii sic quasi perfunctorie celebrati, videtur res gravis. Paul Lugo. Sic pro aliorum devotione celebrans ultra tres quadrantes eam sine ratione extendens, vix excusatur a veniali, ibidem; quia tædium, murmurationem, ac indevotionem astantibus ingerent, illorum peccati sit particeps, e contra vero Materia levis sunt preces antè Missam, vel se vestiendo recitari solitæ, Gloria in excelsis, Credo, Evang. S. Joannis in fine, una, aut altera collecta vel quæ certo tempore, ut Paschali, Pentecostes, et, solent superaddi in præfatione, Communicantes, vel hanc igitur, vel quæ solent omitti in Missis defunctorum; unum, aut alterum verbum in Canone, ut Papæ, Episcopi, vel alicujus sancti, vel enim in forma Latinis, humilia oculorum elevationes, inclinationes, genuflexiones, pectoris tunsiones, popularis salutationes, vel mutatio vestium, aut alterius collecta, Epistolæ, Evangelii, Gradualis, et, vel dicendo unam Missam pro alia, ut Votivam in Dominica, vel duplici vel octavis prohibitis, aut feriis, exclusis in omnibus prædictis scandalo, contemptu, vel animo, novum introducendi ritum, P. Gerv. Paul. laud. et alii. Ille vero omissis Gloria in excelsis, Credo, Collectam, vel aliam Epistolam aut Evangelium dixerit, vel aliud omiserit, non sunt resumenda immutando Ordinem Sacrificii. S. Thomas nisi sint de substantia Sacrificii, vel ad sequentes Ceremonias necessaria, ut fractio Hostiæ, P. Gerv. Paul. Lugo. Sic dicto Pater Noster non amplius dicendum Gloria in excelsis, vel Credo; quia inverteretur ordo. Si quis non recordetur, an aliquid dixerit, non propterea præcise repetendum; si probabiliter dubitet, et sit de essentia Consecrationis, resumendum a forma consecrationis, si non sit de essentia, non repetendum, Ruffinus, et alii. Nec si recordetur absoluta Missa, Ruffinus, Paul Lugo; quia esset actio distincta.

Imprimatur

Infirmus, Si partem notabilem, v partium minorum notabilem, quantitatem omittere debet, non potest celebrare, Ruffi: Si solum genuflectere nequeat, celebrare potest, Sectuso Scandalo, quod in Sacello privato facile evitatur, Ruffinus.

Ritus celebrandi coram Eppo in sua Diœcesi.

Dum accedit ad Aram Sr Eppus dein ad Aram profundam inclinationem facit. 2o Antequam incipiat Missam stans a Cornu Evangelii versus Epistolam Epistolam obvertit Cornu se cum profunda inclinatione Eppo, ad licentiam obtinendam, et eodem annuente, Missam inchoat. 3o Sub Confiteor non dicit Vobis Fratres, sed et tibi Pater, simulq; ad rum versus Eppum cum profunda inclinatione convertit. 4to Dicto Oremus faciens profundam reverentiam Eppo accedit ad medium Altaris ante infimum gradum, et ibi secreto incipiens Orationem Aufer a nobis ascendit Altare, minister vo ad Cornu Evangelii genuflectit. 5o in fine Evangelii non osculatur librum nec dicit: Pl Evangelica dicta, sed minister accipit librum et sine genuflexione stans deosculandum Eppo defert, et sine genuflexione librum clausit, et ad dextram dicta genuflexione librum clausit, et ad Altare reportat. 6to Dicta prima Oratione ante Altare osculatur Altare in medio, alq Communionem, Pacis a ministro oblatum diam instrumentum pacis dicens Pax tecum, cui minister reponit et cum Spiritu tuo, et mox ad Eppum defert instrumentum pacis deosculandum, dicens pariter: Pax tecum et post hæc verba dicta, non ante debitam, reverentiam facit. 7o Antequam benedictionem dicto: placeat, et benedicat Vos Omnipotens Deus convertit se ad Eppum, et capite inclinato quasi licentiam petens prosequit. Pr et S. et Spiritus. benedicens flectes a parte ter Qua non genuflectit Eppus. 8vo Finito Evangelio ultimo, conversus ad Eppum adhuc stans in Cornu Evangelii facit ei reverentiam, et eo decedente reverentiam ad Sacristiam. Finis die 24 Januar 1807.

Circumstantia de Missa.

Tempore, quove loco, modus, et visibus Arte.
Et ritus, et quoties: & numquid quando licebit.

Tractatus IV.

24 Januar 1807

De Poenitentia.

Hic Tractatus dividitur in septem Quaestiones: 1ma De Essentia, et Existentia, Materia et forma Sacramenti Poenitentiae. 2da De Contritione. 3tia De Confessione. 4ta De Satisfactione. 5ta De Ministro, 6ta De Effectibus Poenitentiae. 7ma De Satisfactione per Purgatorium, Suffragia, et Indulgentias.

Quaestio Prima.

De Essentia, et Existentia Poenitentiae.

Quaeritur 1o Quid sit Poenitentia, ut Virtus, et ut 1um Sacramentum?

Resp. Poenitentia potest considerari, ut Virtus aut Sacramentum; ut Virtus definit: Habitus Supernaturalis, quo homo movetur ad odium, et detestationem peccati commissi, quatenus est offensa Dei, et injuria, cum proposito non peccandi de cetero, Justitiae divinae satisfaciendi. unde illius Actus sunt: 1o Vitae priorum mutatio. 2o Odium, detestatio, ac dolor de peccatis. 3o Propositum Vitae melioris. 4o Vitae priorum vindicta Satisfaciendo justitiae divinae. Ut Sacramentum vo definitur: Sacramentum a Xto institutum ad peccata post Baptismum commissa remittenda, et animae Poenitentis, et absolutionem Sacerdotis.

Quaeritur 2o An detur Virtus Poenitentiae, et quaenam sit illius ~~Ratio~~ Necessitas? 2.

Dico: Datur Poenitentia, quae specialis; et ab aliis distincta est Virtus; quia habet objectum formale distinctum,

distinctum, Nisi Juris divini læsi reparationem, et gravius tempore mortali peccato ~~malitia~~ inquinatis fuit necessaria Necessitate Medii; quia via ordinaria, sine Pœnitentia, v. formali, si de peccato cogitet, v. saltem virtualiter in Charitate Dei recepta inclusa, si de peccato non cogitet, non fit illius remissio: et Necessitate Præcepti obligantis per se in probabili mortis periculo, et sæpe in vita; quia charitate erga nos obligamur salutis nostræ esse solicitos; et de facto ex Præcepto Ecclesiæ singulis Annis; quia Virtus Pœnitentiæ est disposibilis et quasi materia Sacramenti Pœnitentiæ singulis annis præcepti.

3. Quæritur 3°. An etiam detur Sacramentum Pœnitentiæ, et quænam sit illius necessitas, et effectus?

Dico. Datur quod verum, ac Speciale Pœnitentiæ Sacramentum a Baptismo, ac Baptismi memoria distinctum; quia ita definivit Conc: Trid: Sess. 14. Cap. ac Can. 2.; et graviter lapsis post Baptismum absolute necessarium in re, vel in voto; quia ita declarat idem Conc: Trid: Sess. 14. Cap. 2.; in quo absolutio Sacramentalis peccata vere, ac proprie dimittit, et non tantum declarat remissa: quia absolutio, et Verba Christi veram remissionem, et non solum venie declarationem indicant, ut definivit Conc: Trid: Sess. 14. Can. 3.; Nullum q. in hac vita Crimen vere pœnitenti irremissibile; quia Christus nullam facit exceptionem.

4. Quæritur 4°. Quænam sit Materia, et forma Sacramenti Pœnitentiæ?

Dico. Materia remota Sacramenti Pœnitentiæ sunt peccata post Baptismum commissa; sive ea sint mortalia, nondum confessa, quæ sunt materia necessaria; quia necessario in confessione manifestari debent: sive venialia, et Mortalia jam absoluta, quæ sunt Materia libera, et sufficiens; quia non necessario in Confessione sunt declaranda, sufficiunt tamen pro Sacramentali absolutione. Materia proxima ex Actus pœnitentiæ videlicet Contritio, Confessio, et Satisfactio, quia ita videtur Conc: Flor., ac Trid: Sess. 14. Can. 4.; Forma

et

Ad Forma sunt Verba absolutionis; Sunt q partes illius essentiales, exepta Satisfactione, q̃ licet in voto sit essentialis, Actualis tamen est tantum pars integrans; quia sine illa haberi potest Sacramentum.

AD 4. Peccatum Originale non est materia remota Sacramenti Poenitentiæ, nec imperfectiones, quæ sunt contra Consilium, ut non obtemperare fideliter divinis inspirationibus, nonnullas mortificationes ad perfectionem conducentes negligere, laxare sufficientem exiguam tamen præparationem ad Sacramenta, Commodiales in Victu, et Vestitu optare, meerium esse in suis rebus; nisi in certis circumstantiis simul sint venialia unde pro majori securitate aliud certum addendum est peccatum pro materia absolutionis.

Requisita ad Valorem.

Adsit Culpa dolor, intentio forma Minister.
Horum si desint, est opus invalidum.

Quæritur 5m Quibusnam Verbis forma Sacramenti Poenitentiæ exprimatur? 5.

Dico. Forma Sacramenti Poenitentiæ essentialiter debet exprimi verbis humana voce prolatis, quia ita declaravit Conc: Flor; et Trid: Sess: 14. Cap: 3.; et ex institutione Sti essentialiter debet esse indicativa, nec sufficit deprecatoria, vel solum declaratoria; quia est instar actus judicialis, ut ait Conc: Trid: Sess: 14. Can: 6.; nec valet conditionata de futuro; quia illius effectus non potest suspendi; et quamvis conditionata de præsenti: sit valida, non tamen est licita sine rationabili causa, qualis est si Minister dubitet, 1m An absolvendus, 2o An materia allata sit sufficiens. 3o An pœnitens habeat usum rationis P. Serv; forma debet esse talis gravis præcepti. Constat his Verbis. Absolvo te a peccatis tuis in nomine Patris, et Filii, et Spiritus; quia ita habet usus Ecclesiæ vim legis habens, et sub veniali; Amen; de necessitate Sacramenti. Solum Consistit in his Verbis. Absolvo te; quia sufficienter exprimunt Ministrum, subjectum, et effectum, quem

quem producunt; Verba tamen Antecedentia, et Sequentia in Rituali Rom. Pauli V. prescripta, quamvis sine omni peccato possent omitti, quia Conc: Trid: Sess. VI. Cap. 3. tantum ait, illa Verba laudabiliter adjungi; Sine causa tamen non sunt intermittenda, P. Perv.

N.B. 1o Juxta Rituale Rom., imposita Poenitentia, Sacerdos manibus junctis ait: Misereatur tui deinde manu dextra versus Poenitentem elevata, et sinistra pectus tangens dicit: Indulgentiam, absolutionem, et deinde Dñus N. J. Xtus te absolvat, et ego Auctoritate illius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis [: Suspensionis, si Sit Clericus :] et interdicti in quantum possum, et tu indiges; deinde ego te absolvo a peccatis tuis [: formando Crucem :] In Nomine Patris, et Filii, et Spiritus S. Amen. Passio Dñi N. J. Xti, Merita B. V. Mariæ, et Omnium Sanctorum, et quod quid boni feceris, et mali patienter sustineris, sint tibi in remissionem peccatorum, Augmentum gratiæ, et Præmium vitæ Æternæ, Amen; ita Rituale Rom. Paul. V. urgente necessitate, ut in Articulo mortis, sufficit: Ego te absolvo ab omnibus censuris, et peccatis tuis in Nomine Patris, et ibidem, quando Poenitens vō accedit ad Confessionem, dicit Confessarius: Dominus sit in corde tuo, et in labiis tuis, ut bene et integre confitearis omnia peccata tua. In Nomine Patris, + et Filii, et Spiritus S. Amen. dicit et signat.

N.B. 2o Invalide absolvit dans absolutionem sola mente, Verba essentialia absolutionis cogitando; vel absenti per Scripturam, vel internuncium, Clemens VIII. in damnatione Propositionis Contrariæ; vel adhibens verba non idem significantia, vel solum declaratoria, ut: Declaro te absolutum; vel obsecratoria, ut: obsecro, ut Deus remittat peccata tua: vel Misereatur tui Omnipotens Deus et vel Indulgentiam, Absolutionem &c; Absolutio tamen

ab

ab excommunicatione potest dari quibus libet verbis
mo Nutibus, Signis, Scriptura; quia aliquando datur
p. modum confessionis, Thom. et Charm. 2a Gra
viter peccat adhibens alia verba, quamvis idem si
gnificantia, ut: remitto tibi peccata tua; vel impendo
tibi Sacramentum poenitentiae, jubeo te absol
vi, absolvaris a peccatis tuis, Hugo, et alii. 3a Omit
tens Verba a peccatis tuis &c.; solum vel veni aliter
peccat omittens Amen, vel huius P. Gerv.; vel in ling
ua latina, ego; quia absolvo personam satis dare
indicat. 4a Graviter peccat non prius dicens:
te absolvo ab omni vinculo excommunicationis,
si vere sit excommunicatus. 5a Nec venialiter
peccat omittens verba Antecedentia, et Subsequen
tia absolutionem in Necessitate, quando et Concur
sus populi, vel periculum Martis, vel alia causa
rationabilis accelerandi; vel dicens: Passio Dni
N. Jesu, et eunte jam poenitente et Confessiona
li etiam sine Necessitate, P. Gervasius.

Quaestio Secunda.

De Contritione.

Quaeritur 1o Quid et quotuplex sit Contritio, Ama & Amor? 6.

Resp. 1a. Contritio generice sumpta est Animi dolor, ac de
testatio de peccato, ut est offensa Dei, cum proposito non
peccandi de cetero, cum voto Confitendi, et Satisfacien
di; et Duplex est, perfecta, et imperfecta. Contritio per
fecta est Animi dolor, et detestatio super omne detestabile
de peccato commisso, ut est offensa Dei summe, et propter
se dilecti, cum proposito non peccandi de cetero. Con
tritio vel imperfecta, seu Attritio est dolor de peccato
ex motivis supernaturalibus inferiora dilectione Dei
perfecta, ut est metu gehennae, et poenarum etiam tem
poralium, sed ut a Deo infligendarum, quia ut sic simul
dolet de peccato, ut est offensa Dei, a quo punitur;
et turpitudine peccati, qua abhorret est offensa Dei,

cum

Cum amore aliquo initiali in utroq Casu, nonq dem perfecte Charitatis, sed Spei quo quis Deum tamquam fontem totius justitiæ diligere incipit.

2m Timor alius est mundanus, qui est fuga malitemporalis p. peccatum; Alius servilis, qui est fuga peccati, ut pœna a Deo infligenda, Causativi, et est duplex; Nn. Simpliciter servilis, et Serviliter servilis cum Servilitate. Timor simpliciter servilis est fuga peccati, ut pœna p. fidem apprehensa Causa tibi, sine affectu illud committendi, si pœna abesset. Timor serviliter servilis, est fuga peccati, ut pœna Causativi, cum affectu illud committendi si pœna abesset. Timor alius est initialis, quo quis initio conversionis fugit peccatum, quatenus est offensa Dei, et pœna inductivum. Alius filialis, quo quis fugit peccatum, quatenus est offensa Dei propter se super omnia dilecti.

3m Amor alius est affectivus, et inefficax, qui stetit in solo affectu inefficaci, et complacentia de Dei bonitate. Alius effectivus, et efficax, seu obedientialis, qui simul includit Voluntatem efficacem adimplendi Dei voluntatem, et omnia ejus mandata. Alius est Amor Concupiscentiæ seu Spei, quo Deus super omnia diligitur, ut nobis bonus, beatitudo et finis noster ultimus. Alius Amicitiæ, seu Benevolentiæ Charitatis, quo Deus super omnia diligitur propter se, prout in se summe bonus est; et hic adhuc a quibusdam dividitur in Amorem simplicissimum ut Amicus, et ut nos redamans; et Benevolentiæ Amicabilis, quo Deus amatur, ut in se summe bonus, Amicus, et nos mutuo redamans, et vita, et se in aleta. Alius est intensive Summus, quo Deus Summa, ac ferventissima inclinationis tendentia amatur. Alius appretiative Summus, quo Deus super omnia amatur, aut facta comparatione, omnibus præfertur.

Quæritur 2° quæ conditiones Contritio habere debeat? 1.

Dico. Contritio in genere, ut sit materia Sacramenti Pœnitentiæ sufficiens, septem habere debet conditiones: Videlicet: 1° debet esse vera, ac realis, et non solum putativa; quia alias non vere immutat peccatorem. 2° Formalis, et expressa, nec sufficit virtualis in Actu Charitatis inclusus; quia ipsa Charitas est essentialis, quæ debet adesse formaliter Sacramenti explicite. 3° Debet esse interna, et spiritualis; nec sufficit mere sensibilis; quia debet esse in voluntate. 4° Supernaturalis, tam ratione Auxilii gratiæ: quia debet esse impulsus Spiritus S. Conc: Trid. Sess. VI. C. 4. quam motivi; ut gehenne; et perfectæ Charitatis quam motivi fidem proponibi, ac prompte exequendi omnis culpæ etiam venialis, actum intrinseca ratione finis, et Motivi efficientis; quia actus sic venialiter intrinsece non potest esse impulsus Spiritus Sancti, affectus non potest esse impulsus Spiritus Sancti, affectus non potest esse a gratia producendus. 5° Universalis ad omnia mortalia nondum remissa generatim, saltem ratione motivi generalis se extendens; quia unum sine alio non potest remitti. 6° Summa Appretiative, saltem ratione Motivi, ut vi illius potius mallet omnia mala subisse, et omnia bona amisisse, Amicitia Dei recepta, quam peccasse: non tamen necessario intensive summa, et sensibilis; quia appretiative summa sufficienter restituit rationem finis ultimi. 7° Propositum universale, saltem quoad omnia mortalia efficax, et absolutum non peccandi de cetero, et videlicet explicitum, Gournely et alii; et Jaunias; quia Conc: Flor:, ac Trid., præter dolorem, propositum hæc omnia requirunt. Ut autem sit Contritio perfecta, insuper requirit: 1° Amor Dei super omnia, efficax, saltem virtualis in Charitatis perfectæ motivo inclusus, quod est Bonitas Dei, Lugo, Suarez, et alii. 2° Ut sit cum omnis culpæ, etiam venialis Actum etiam dubitative Concomitantis, Var. Gamer, Gob, et alii apud Ferr.; quia Actus, etiam solum peccato venialis Concomitatus non procedit a Charitate Dei perfecta; eo enim tempore, quo quis Deum leviter offendit,

non

Non perfecta cum Amat, ac proinde etiamsi actus peccato veniali concomitanter duret cum Conjunctus possit esse bonus, non tamen est ex Amore Dei perfecto. Vide Tract de Act. hum. Dogm. Moraver 8. Indicia autem Verae Contritionis sunt: 1m Fuga occasionis peccati. 2m Frequens de Deo Cogitatio. 3m Ardens inquirendi, ac inveniendi Deum, desiderium. 4m Studium bonor operis, 5m Vindicta peccati. 6m Constantia in observatione Mandatorum Dei.

H.N.C. Non valide absolvitur. 1m Habens dolorem fictum, licet invincibiliter verum credat: quia licet non de Novo peccet, non tamen justificatur. 2m Habens solum Charitatis actum sine dolore explicito; quia deficit pars essentialis Sacramenti, nec ullo Sacramentum justificat. 3m Lacrymis solum, aestu veniam petens sine intima voluntatis detestatione peccati; quia est mere sensibilis, ac dolor exlemus. 4m Dolens tantum ob moralem, vel civilem peccati turpitudinem, vel ob infamiam, quae V.G. ex furto, adulterio, etc. oritur; vel quia est contra rationem, vel illativum mali temporalis sine mentatione ad Deum; vel quia est parentum offensivum, aeternae poenam inducitivum: vel est naturali solum, vel seperamenti inclinatione; quia dolor non est supernaturalis. 5m Dolens solum ex motivo turpitudinis alicujus peccati particularis, V.G. fornicationis, cum alia adhuc Confiteatur peccata mortalia quia non est universalis. 6m Si magis timeat homines, vel amittere bona temporalia, ac vitam, quam offendere Deum; quia non est summus super omnia. 7m Si valide abstinere a peccato, non tamen restituere, vel condonare inimico, vel vitare occasionem proximam; quia propositum non est universale, vel efficax; vel eliciens dolorem, non tamen cogitans de proposito; quia propositum non est explicitum; ac proinde in omnibus praedictis casibus Confessio est reiteranda. 8m Non tamen requiritur, ut dolor sit sensibilis, nec illius certa temporis mensura,

mensuraę; quia potest peccator in instanti a Deo converti; longius tamen tempus pro peccatoribus inveteratis, et gravissimis peccatis deditis est adhibendum, nec certus intensionis gradus; nec formalis, et explicita ad omnia nulla comparatio; sed sufficit virtualis dolendo de Deo summo bono, dilecto et per peccatum offenso; nec debet esse singularis de singulis peccatis in particulari, nec examen, vel explicita, ac distincta peccator in particulari cogitatio nisi per accidens ratione restitutionis, confessionis, vel mediorum; nec debet necessario ante confessionem elici; quamvis consultius sit, sed sufficit ante absolutionem elicitus; quia confessio adhuc moraliter durat, et fit dolorosa per dolorem subsequentem; nec debet immediate ante confessionem elici, modo non sit modo non sit revocatus formaliter, vel virtualiter per novum peccatum, vel nimis distet a confessione; quia partes debent moraliter in se, vel in sua virtute durare, et uniri, ut unum simul morale efficiant judicium, quod fit, si domi doleat, et eat ad Ecclesiam, vel ante quatuor horas, vel etiam vespere, si mane confiteatur, Bass., Tamb., Lugo; etiamsi dolor actu non referatur ad confessionem, et sine intentione confessionis fuerit elicitus, Tamb., Lugo, et communior apud Genv.; quia virtualiter ad illam refertur per propositum in dolore inclusum servandi mandata Dei, ac proinde confitendi, vel postea refertur; debet enim aliquo modo uniri com parti; nec debet necessario renovari, si immediate post absolutionem confiteatur peccatum antea oblitum; quia prior adhuc moraliter perseverat, Lugo, cum communiori apud P. Genv.; sed in praxi bene securius, et paulo ante confessionem, et pro qualibet absolutione renova dolorem; quia novum fit sacramentum, et in re tanti momenti, quod securius est praeferendum; nec debet esse universalis, quoad omnia venialia pro valore sacramenti, bene autem pro omnium remissione vi sacramenti; nec requiritur, ut poenitens credat, se non amplius mortaliter peccaturum, Navarrus; sed sufficit, si ita sit affectus, ut nolit, et proponat, cum gratia Dei non amplius peccare.

Quaerit.

8. Quæritur 3° quomodo Contritio sit necessaria?

Dico Contritio generatim sumpta quovis tempore necessaria, peccatori necessitate Medii ad impetrandam peccatorum mortalium veniam, ut indicat Synodus Trid. Conc. Trid. Sess. 14. Cap. 4.; nec ff. se sufficit Sess. 6. Charitas in charitate Dei perfecta inclusa, Thom. et Charmensis Conc. Trid. Sess. 14. Cap. 4. requirit contra Lutheranos ad justificationem impii, præter motum voluntatis, veteris etiam odium, nec sine eo videtur posse subsistere perfecta Charitas, dum cogitatur de peccato. Potest tamen Virtualis, ac implicita sufficere accidens extra Sacramentum non cogitanti de peccato naturali oblivione, vi primi intentionem actum charitatis, vi Martyrii, Pœnit. et aliis; quia hæc explicita in non cogitante de peccato potest perfecta esse Charitas; requiritur etiam saltem virtualis dolor extra Sacramentum necessitate medii ad remissionem venialium S. Thom.; vi saltem virtualis peccatorum remissori displicentia in actibus aliarum virtutum inclusa, quibus homo ita in Deum, vi res divinas fertur, ut venialia displicerent, si in memoriam venirent, S. Thom. Contritio quoq; perfecta, vi imperfecta cum Confessione est necessaria necessitate præcepti divini, et Ecclesiastici homini gravibus lapso; quia varijs in Scripturæ locis pœnitentia præcipitur, quæ sufficienter pro remissione non fit sine Contritione perfecta extra, et saltem imperfecta cum Sacramento, quod obligat ff. se in probabili vitæ, vi perpetuæ tamen fidei periculo, et sæpe in vita; quia charitate organum et Deo volente obligamur, esse salutis nostræ solliciti, et ab Ecclesia præcipitur Annua Confessio, cujus Contritio, vi Attritio pars est essentialis; ff. accidens vi obligat, si Vatione alterius præcepti obligantis ad statum gratiæ, vel ff. Sacramenti sive recipiendi, vi administrandi.

2°

2º Quando judicatur necessaria ad gravem tentationem superandam, vel ad grave malum à Republica avertendum: non tenetur tamen peccator statim post mortale, vel quamprimum commode potest, confiteri, S. Thom., et alii; quia praeceptum poenitentiae est affirmativum, quod non statim, et pro semper obligat; nec specialem impoenitentiae peccatum committitur, nisi quando per se directe obligat, Pal. Gonz. et Com. ibidem; quia tunc specialiter censetur impoenitens.

H. P. C. 1º Non justificatur impius solum actu charitatis actum, nullum privatae vitae habens odium, Conc. Trid. Sess. 12. Cap. 4.; quia licet charitas operiat multitudinem peccatorum, non videtur tamen esse perfecta, nisi accedente peccatori displicentia, vel detestatione, si recordetur illorum; secus si nullius sit memor vel solum venialia habeat, quia tunc sufficit virtualis in charitate perfecta mente S. Thomas. 2º Non specialem impoenitentiae peccatum praeter sacrilegium, committit sacramentaliter Mortali sine poenitentia insapiens, vel administrans; nec in tentatione defectu contritionis succumbens aliud impoenitentiae, praeterquam, quod vi tentationis labitur; nec pro avertendis populi calamitatibus se non reconcilians, aliud committit, praeter id, in quo labitur contra charitatem legalem, non promovendo bonum commune, quia per se non directe, sed solum per accidens in praedictis obligat praeceptum poenitentiae. 3º Bene autem peccatum poenitentiae. Specialis post mortale peccato impoenitentiae in probabili vitae, vel instantis periculo; vel nunquam poenitere volentis; vel contritionem nimis ultra annum differens, Laym. et alii; quia in his praeceptum poenitentiae per se obligat, et censetur habere cor impoenitens, quod sibi iram Dei thesaurizat. Ad Rom. 2. Nec minus, quam praeceptum charitatis urget:

Non

Non tamen peccat peccato impoenitentiae huiusmodi Diebus Festivis, et Festivis, ut quotidie, ac quamprimum peccatum memoriae incurrit, non contenens quamvis omnibus tamquam salutare Consilium frequentandum sit Contritio.

9. Dubitatur 4° An in quo Consistat Contritio perfecta, et quomodo peccatorem justificet

Dico. Contritio perfecta essentialiter constituitur, et distinguitur ab imperfecta, seu Attritione per propterium motivum Amoris Dei super omnia per se dilecti, et non ex certum intensionis gradum, et in quocunq gradu intensionis cum voto Sacramenti saltem implicite in Contritione perfecta incluso justificat extra Sacramentum, non tantum in Casu necessitatis, sed semper, et ordinarie; quia quilibet perfecta Charitatis gradus et perfecta Charitas, ac proinde justificat cum Contritione, et voto Sacramenti, ut S. Scriptura, SS. Patres, et Conc: Trid: expresse docent, nullam de certo intensionis gradu faciendo mentionem; nec posset dici, in quo gradu requiratur, semperq deberemus esse dubii.

10. Dubitatur 5° An Contritio imperfecta, seu Attritio sit bona, laudabilis, ac sufficiens ad Sacramentum dispositive?

Dico. Attritio concepta ex timore simpliciter servili est bona, ac laudabilis; quia illius Motivum, MP. metus gehennae et fidem cognitam est bonum, et laudabile, prout S. Scriptura, et SS. Patres indicant, nos ipso detestando a peccatis, et Conc: Trid: expresse definivit Sess. 6. Can. 6.

Sez

Sfz Supernaturalis, et voluntatem peccandi excludens, ac proinde sufficiens ffto Sacramento dispositio, quia juxta Conc: Trid: Sl. 14. Cap. 2. est impulsus Spiritus Sancti, et viam parat ad justitiam in Sacramento: ut tamen beneficiat eum Sacramento, et disponat ad justitiam in eo recipiendam, requiritur aliquis Amor initialis, Nfr. Spei; quia juxta Conc: Trid: Sl. 6. Ad justificationem requiritur, ut poenitens Deum justitiae fontem diligere incipiat, quod fit ff. Amorem Spei; quia ut justitiae fons est nobis bonus, et objectum Amoris Spei, et si requireretur perfecta Charitas, superfluum esset Sacramentum, quia nunquam prius conferret gratiam.

Questio Tertia.

De Confessione.

Quaeritur 1m quid sit Confessio, et quot illius Conditiones? II.

R. 1m Confessio definitur Sacramentalis accusatio peccatorum suorum post Baptismum commissorum facta Sacerdoti ad eorum veniam virtute Clavium obtinendam.

2m Sedecim Vulgo a Theologis assignantur conditiones, vel ad validitatem, vel perfectionem confessionis requisitae, hisce versibus contentae:

Sit simplex, humilis Confessio, pura, fidelis.
Haec non nuda, frequens, discreta, libens, verecunda,
Integra, secreta, et Laeymabilis, accelerata.
Fortis, et Accusans, et sit parere parata.

Inter has conditiones integritas, et secretum, seu sigillum potissimum sunt Consideranda.

Quaeritur 2m quotuplex sit Integritas Confessionis, et quot illius Conditiones? 12.

Resp.

Resp. Duplex est, Materialis, et Formalis. Integritas materialis est accusatio omnium omnis peccatorum mortalium, nullo dempto. Integritas formalis est accusatio peccatorum, quæ pœnitenti potest, et debet hic, et nunc confiteri. Ad integritatem confessionis requiritur 1° Examen moraliter diligentia factum. 2° Accusatio peccatorum mortalium quoad Speciem, et Numerum, ac circumstantias Speciem mutantes, vel in eadem Specie notabiliter aggravantes; quamvis de his non conveniant Auctores.

13. Quæritur 3° vid. de Sigillum Confessionis?

R. Secretum, vel Sigillum Confessionis est Strictissima, et indispensabilis obligatio servandi sub secreto, quæ in Confessione Sacramentali fuerunt audita.

14. Quæritur 4° Quando obliget præceptum Confessionis Sacramentalis?

Dico. Confessio omnium peccatorum mortalium post Baptismum Commissorum præcepta est jure divino, quia Xtus Apostolos eorumq; Successores Judices instituit eisq; dedit potestatem judiciariam dimittendi, et retinendi peccata, Joan. 20.; quam prudenter sine spe via est Confessionem Notitia exercere nequeunt, et ita de fide definivit Conc: Trid: S. 14. Can. 6; est q; antiquus ac perpetuus Confessionis Auricularis in Ecclesia usus, ut testantur SS. Patres jam in quinque primis Seculis, S. Clemens, S. Irenæus, Origenes, S. Ambrosius, S. Augustinus; et lapsus in mortale obligat jure divino ex se in Articulo Mortis, ac Regulariter in vita Communi; et est adhuc certum, quando sumenda est Eucharistia, si sine illa gravis tentatio vinci nequit: et præcepto vel Ecclesiastico sub pœna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ, et privationis Sepulturæ Ecclesiasticæ per sententiam imponendæ

imponenda, semel in Anno juxta Conc: Lat. IV.
facienda proprio Sacerdoti, vel Parocho; sine
exclusione tamen Papæ, ac Epi, alionum &
Sacerdotum ab Epo delegator. vel generaliter et
sine exceptione temporis approbator, etiam de
Jubilæis; quia ita expresse declaravit Clemens X.
et alii SS. Pontifices etiamsi in approbationis in-
trumento addita sit Clausula ordinaria, de
Consensu Parochor, quæ ex condescensu, non ex
necessitate apponi, declaravit Clerus Gallicanus
in Comitijs generalibus Anno 1655 ut dicet infra.

4.ª 8.ª C. Is Graviter peccat, et invalide absol
vit Sacerdos a longe, non Pœnitentem, sed solum
illius domum, in qua sit, videns; quia deest Confessio
sensibilis, vel dans absolutionem absenti p. literas
Clem. VIII.; Valeret tamen absolutio, si mutuo Confes
sarius, ac Pœnitens se audire possent, v.g. ex Cubi
culo, etiam ostio Clauso, vel si Confessarius Pœniten
tem a tribunali sedem, vel octo passibus jam disce
sum adhuc videat; quia censetur adhuc sufficienter
præsens. P. Paul. Aug. 2s Graviter peccat Confi
tens Nutibus aut Signis, cum proprio Orale con
fiteri possit Nam si teneatur. Item nullibi Confi
tetur quis p. internuncium, aut Epistolam; vi
deatur an Confiteri etsi multi doceant non teneri
interpretem vel Confiteri etsi multi docent non teneri
verum tutius affirmat S. Thom. 3. Graviter peccat
Confessarius Confessionem sine examine sufficienti
factam advertens, et Pœnitentem non examinans;
rudiores tamen non increpandi, sed juvandi sunt;
quia Confessarius non judex, sed etiam medici vices
gerere debet.

4.ª 8.ª C. 2s Graviter peccant Is Omnes Confessionem
annuam amittentes usum rationis habentes, qui in
pueris circa Septimum, vel 8.um Annum, malum
punire, bonum remunerari cognoscentibus, contin
gere solet: Annus vo a tempore Paschali ad alterum
Pascha deputandus; quia ita mos invaluit, quæ tid: tam
quam primum retinendum probat.

2o

2ª Graviter peccant in peccato mortali sine prævia Confessione Presbyteri, v. periculosam Aggregationem aggredientes, v. Mulieres gravidæ in primo partu, v. etiam alio si periclitari solent; v. imminente Captivitate ab Hæreticis, v. Barbaris, v. Amentia perpetua; Denique in omni periculo mortis, v. non implendi præcepti tempore præscripto: quamvis a Communione essent excusati Impuberi, v. moribundi ob periculum vomitus, v. alio impedimento etiam si annuam fecerint, quia tunc præcepta præceptum Annuæ Confessionis urget adhuc præceptum divinum, nec potest Confessio dispensari, quia est de jure divino; potest tamen differri Confessio Paschalis ex justa causa Concilat. IV. Can. Omnis. 3ª Graviter peccat toties, quoties non facta Confessione Annua occasionem confitendi Scienter quis negligit, v. si prævisa impedimento Confessionem non anticipet: Confitens tamen prima Die hujus Anni, et Ultima Sequentis Anni. VG Die ne post Dominicam in Albis hujus Anni, et Dominica in albis Secundi Anni. Satisfacit præcepto Annuæ Confessionis. 4ª Nec tenetur Confessus p. Annum, et tempore Paschalis de lapsu Venialia, iterum Confiteri: si in eodem tempore lapsus sit in mortale, v. si recordetur mortalis sine culpa ex oblivione, v. justa causa omissi Jour. quia Confessione venialium satisfacit præcepto. Si quis non habeat mortalia Confitenda. Rhodriguez; quia lex sine differentia Confessionem præcipit, licet ad venialium non obligat; Debet autem, si sua culpa mortale omiserit;

omiserit; quia tunc Confessio fuisset sacrilega; qua non impletur Præceptum Alexand VII. in Paschate tamen, & in Articulo Mortis post diligens examen non reperiens nisi venialia, et si non ff. se absolute teneatur Confiteri, tenetur tamen ff. accidens ratione scandali ad vitandum præsumptionis peccatum, & ne se ipsum decipiat putando venialia, quæ forsan sunt mortalia, ac eodem tempore Paschali saltem Sacerdoti præsentare et se nullius mortalis Conscium esse declarare, S. Thom. Nec tenetur pluribus annis non confessus tot facere postea Confessiones quot omisit; quia obligationes omnes præcedentium in hac hujus anni simul circa idem præceptum concurrunt, eadem q Confessione omnibus satisfacit; in præsentiarum tutius ff, ut qui una Confessione satisfecit pro annis elapsis, alia adhuc satisfaciat pro A.C. Præcipue si de novo mortaliter peccaverit Billuart.

Quæritur 5ᵒ Quænam pertineant ad integritatem Confessionis? 15.

Integritas.

Die Speciem, Numerum, dubium grave, junge sequelas.
Quæ si celabis, nulliter acta facis.

Dico. Ad integritatem Confessionis pertinent non solum peccatorum Numerus, Species, et Circumstantiæ speciem mutantes, ut definivit Conc. Trid. Ll. 14. Cap. 7.; sed etiam in eadem Specie notabiliter aggravantes, debent in Confessione declarari, ea præcipue in certis peccatis, ut in furto,

et

et quando propter illas notabiliter diversum judicium circa poenitentiam, et media esset ferendum; quia rationes a Conc. Trid. pro declaratione circumstantiae speciem mutantium allegatae etiam militant pro notabiliter aggravantibus; cum sine illis peccatum integre innotescant judici, ut de gravitate poena, ut oportet, judicare possit, et quia saepe malitiam magis augent quam speciem mutant.

Ad 4. Qui uno actu pluries occidit, vel uno bustem insidiando, vel integrum pagum combussit, soli Societati, vel Familiae detraxit, tenetur dicere numerum personar, si de distincto cogitaverit; quia tot sunt numero distincta peccata; secus si plures confuse cogitaverit; quia tunc sufficit de pluribus confuse se accusare dicendo, se occidisse, vel combussisse totum pagum, vel detraxisse toti familiae, Societati, et, Ample, vel cuique. 2o Accusans se furtum gravem commisse, vel damnificationem, sed restituisse, tenetur valorem damni primero. secus enim non satis confessarius rudem judicaret. Item Accusans se decies perjurasse, non addendo de longaeva consuetudine voluntaria, non recte se accusaverit; quia ob hanc circumstantiam aggravantem confessarius notabiliter efficacius media adhiberet.

16. Quaeritur 6o An peccata dubia etiam pertinent ad integritatem Confessionis, et An mentiri in Confessione sit peccatum mortale?

Dico. Non minus ad integritatem Confessionis pertinent peccata dubia, quae ut dubia declarare debent, sive dubium sit de substantia actus, an illum commiserit, sive an sit mortale, sive an peccatum sit confessus, modo dubium reddatur aliqua ratione;

quia

quia peccata, de quibus tenemur confiteri, et quæ sunt in conscientia, debent declarari, pro ut sunt in conscientia, et ita docet S. Thom. cum aliis. Et Communis gravis Calesiæ, ac sensus fidelium, nisi esset scrupulosus, ꝛ̃ longum tempus inter cesserit, post quod moraliter impossibile esset, omnium recordari, ꝛ̃ si dubium esset negativum, nulli, ꝛ̃ levi, ac insufficienti rationi inniteretur; quia tunc esset irrationabile, et ut scrupulus deponendum; imo quodcumq; peccatum mortale, ut dubium confessum, postea ut certum cognitum, debet quis ut tale iterum confiteri, sive illud in genere, sive in particulari, sive numerum notabiliter minorem dixerit; quia notabiliter aliter est in conscientia Lugo, P. Gerv.; non vò, si majorem, ꝛ̃ ut certum declaraverit, quod postea dubium apparet; quia declaravit, quod postea dubium apparet; quia absoluto majori, ꝛ̃ certo, etiam minus in eo inclusum, et incertum censetur absolutum: Meminisse autem circa Materiam Confessionis necessariam est peccatum grave; quia in re gravi decipit Confessarium, irritum quoq; facit Sacramentum, et est leve in materia non necessaria, ut circa peccata venialia, ꝛ̃ mortalia confessa; nisi Veniale esset pro materia Sacramenti; ꝛ̃ notitia de mortali confesso esset necessaria Confessario pro cognitione dispositionis, et Status Pœnitentis.

NOTA 1ᵐ. Graviter peccat sciens Numerum certum, puta sexies se peccasse, si addat circiter, ꝛ̃ plus, minusve; quia certum peccatum, quod est certum, declarat ut dubium, et aliter, ac est in Conscientia, ꝛ̃ si dicat, sexies, ꝛ̃ septies; quia superaddit dubium, quod non est in Conscientia, ac proinde saltem mentitur in re gravi, Billuart, nisi eum excuset simplicitas, ꝛ̃ inadvertentia;

ot

et in Confessione generali debet addi, peccatum non fuisse confessum, vel ab ultima Confessione fuisse commissum; quia notabiliter aliud judicium fertur de peccatis jam confessis, quam non confessis. 2o Qui se accusavit, se alia adhuc commisisse mortalia, nescire vo. speciem, et numerum, postea illa cognoscens, tenetur de novo speciem, et numerum ebl aperire in Confessionali; sic qui se accusavit, se habuisse turpem cogitationem, sed dubitare, an consenserit; se notabiliter bibisse, nescire tamen, an fuerit ebrius, juxta tutiorem in praxi debet, ut certa illa denuo confiteri, se consensisse, vel ebrium fuisse, postea agnoscat; Lugo, P. Serv.; Gobbat, quia notabiliter alia sunt in conscientia; quamvis opposita opinio non minus sit speculative probabilis juxta citatos Auctores, sic qui se accusavit decies perjurasse circiter non tenetur repetere, licet duodecies contigisse postea agnoscat; sic qui declaravit se centies circiter blasphemasse, sufficienter se accusat, se censetur, quamvis centies, et decies id fecerit. Secus si centies, et vigesies blasphemaverit P. Serv. quia 10e circiter numerum parvum non vo notabiliter majorem indicat, prout duo respectu decem, et decem respectu centum censen. possunt; non vo Vigniti, quod pr. prudens judicium a majori, et minori numero dijudicandum P. Lugo et alii. 3o Graviter peccat peccato contra veracitatem, et alio peccato contra Religionem pr. Sacrilegium, negans in Confessione mortale, quod fecit; vel affirmans quod non fecit, vel majorem numerum, vel dubium pro certo, vel certum pro dubio, vel ita pallians, et proferens ut a Confessario non intelligatur ut Mortale; quia

quia gravem Sacramento fecit injuriam nisi aliquando ignorantia, et bona fides, vel senectus, vel simplicitas excusent simplices existimantes seu rem esse majorem dicere Numerum.

Videtur 7o An aliquando liceat Manifestare 17.
Tale in Confessione Complicem, et Personam, quæ fuit objectum peccati?

Dico. Pœnitens tenetur sub mortali, et onere restitutionis famæ, occultare complicem, quocum peccavit, vel personam, quæ fuit objectum peccati, circa quod peccavit, si detrimentum famæ inde patiatur, quando suum peccatum, et circumstantias necessarias potest explicare sine complicis, vel objecti sui peccati manifestatione; vel alium commode adire vel expectare Confessarium, qui non novit complicem, vel personam quæ fuit objectum peccati ita communis quia non licet diffamare proximum sine legitima causa; sitamen absq manifestatione Complicis, vel objecti peccati, non posset peccati proprii speciem, vel circumstantias necessarias declarare, potest, et tenetur pro integritate Confessionis non solum complicem, sed etiam objectum peccati declarare modo urgeat præceptum Confessionis, et sine gravi incommodo non possit alium adire, vel expectare Confessarium, cui complex sit ignotus, S. Thom. Navar et Communior; quia complex sciens integritati Confessionis obligationem, peccando amisit jus famæ apud Confessarium, et pro persona, quæ fuit objectum peccati dedit talibus sufficiens motivum fatendi crimen Confessario, non integritatis Confessionis; cum hoc etiam in judicio civili practicetur.

Stricky

Strictius tamen in hoc Casu alius Confessarius inquirendus est; quia non ut complex interpretative sui manifestationi consentire censetur. Confessarius vō denunciare Complicem Pœnitentem tenetur ad turpia occasionē Confessionis solicitantes sub reservatione absolutionis et secus incurrendi Censuras Bullæ et Decretis Gregorii XV. et Benedicti XIV. De solicitantibus fusius vide duodecim Regulas apud Antoine folio 167. et sqq. Porro non licet Confessariis inquirere Nomen Complicis, et si Pœnitens ex ignorantia revelaret tenetur Confessarius admonere ne detrahat. Item nec licet Confessariis Pœnitentis Nomen Cognomen, habitationem et cætera inquirere.

H.I.NC. 1° Graviter peccat qui habita cum persona sacra illius Religionem, vel Statum Clericalem, V.G. Talis Ecclesiæ Collegiatæ in Confessione manifestans, P. Paul. Lugd; quia diffamatio reduitur in Statum, et sufficit, si dicat cum persona sacra, vel Religiosa peccasse. Qui autem Sorore consentiente vel etiam totis viribus renitente peccavit, tenetur in utroq. declarare circumstantiam Personæ Nec. Sororis; quia alias non explicatur incestus, et Confessio non est integra, sic qui Matrem viduam Confessionario gravidam, quam Confessarius nubsit inuptam, graviter percussit, tenetur manifestare circumstantiam gravidilatis, licet adhuc sit occulta, si percutiendo abortum intenderit vel procuraverit P. Thom. et Charm.; quia licet illa

Sit

sit inculpabilis, alio modo hoc peccatum declarare nequit, modo in utroq Casu non possit haberi alius Confessarius. Secus secluso abortus periculo. 3ii Conjugati peccata inter se essent commissa notabili luxurie excessum declarare possunt, et debent, quia cum alius esset simul adulterii periculum. Sic Sponsus potest manifestare Confessario, cum Sponsa peccasse, licet cum alio non esset peccatum specie distinctum; quia utrique est gratius, Confessarium scire, inter se ipsos, quam cum alio peccatum fuisse perpetratum, et ubi est Casus reservatus omnino declarandum est, modo in predictis sine notabili incommodo alius adiri, vel expectari non possit Confessarius, quod semper supponitur; non tamen tenetur Confessionem differre, cum jactura Communionis Paschalis, vel magne Indulgentie, ut Jubilei, nec si ff. duos, vel tres menses manere deberet in mortali non dicere tale, nec indirecte remisso, Lugo, Tamb. apud P. Gen, quia, cum nascamur, quidem in Craestino, ut dixit S. Jacobus, Obtende damnationis esse exposita.

Quæritur 8to Quando infirmi sensibus destituti sint absolvendi? 18.

Dico. Infirmus subito vi morbi obmutescens vel omnium sensuum usu destitutus potest ac debet absolute absq conditione absolvi, si coram sacerdote signum probabile doloris, vel antea dixit saltem coram uno, et de re testimonium ferente, Conc. Carth. IV. Rit. Rom. Paul. V. quidlibet probabilis, et Confessio generica, ac confusa et aliqua signa indicata in hoc Casu necessitatis

pro

pro integritate confessionis sufficit juxta
Xti voluntatem P. Joachim Electionis genera-
lem manifestatam; qui vō signum dubium
dubium dederit; quale etiam censeri pote-
rit Vita Xtiana antea peracta, sub con-
ditione absolvendus est; quia vita non so-
lum ipsa Xtiana et Poenitentiae professio,
sed etiam signum probabilius, et certius de
fidei confessionis, et doloris P. dicendum
esse P. vtrna opera Xtiana, ut asperso-
ne aquae benedictae, formatione Crucis,
Auditione Missae, Examine Vespertino et
Matutinali, quam alia signa equivoca,
et dubia, absolutio sub conditione
juxta communem Doctor. opinionem da-
ri debet, deinde conditione superaddita
vitatur periculum Sacrilegii, ac irreve-
rentiae Sacramenti, et consulitur saluti
aeternae moribundi; non ita dijudicandum
de eo, qui non Xtiane vixit ut haereticus,
Concubinarius, et, quia ejus voluntas in
malo obstinata non praesumitur mutata,
nullo dato signo, nec dubio.

4. Dic. 1ō Moribundus usu linguae de-
stitutus dans signum doloris, tundendo pec-
tus, suspirando, oculos ad Coelum leva-
do, stringendo manus, respiciendo aliquam
piam imaginem, et praecipue, si ad intem-
pestivum confessarii, vel in absentia, saltem uno de vici-
nis astante, absolvi potest, ad debet absolvi;
quia sufficit in hac necessitate signum pro-
babile doloris, et Confessionis factae, si vō
signa sint dubia, an non forte vehementia

dolor

dolorum ea exhibuerit, v male vel aliter fuerint facta, sub Conditione absolvendus &c.
2e Moribundus omnium sensuum usu destitutus, si Xtiane vixerit, præcipue si præcedes Matutinas, et Vespertinas persolvent Patrem Noster orabunt, examen Vespertinum, etiam præcedenti die fecerit, Missam audierit, etc, potest, et debet absolvi Conditionale; quia probabiliter dolor etiam præcedentis diei et expresse non ordinatus ad Confessionem sufficit, ut supra dictum &c, et Vita Xtiana, actusque actus sunt Confessio implicita, et dolorifigna saltem dubia, et alia adhuc dedisse præsumitur: Non vo hæretico, Concubinario, usurario, v in flagranti Crimine, ut in duello, blasphemia, ebrietate Mortali. Scribus destituto; quia in his dispositio ad Sacramentum præsumi nequit.

§ 7

De Examine.

Nota in examine Conscientiæ diligentia adhibenda &c, quam in rebus gravissimis ponere solemus ait Catechismus Romanus, quæ moraliter sufficiat ad cognoscenda peccata commissa Consideratis Capacitate, et Memoria pœnitentis, diuturnitate temporis, ab ultima valida Confessione transacti, multitudine, et qualitate negotiorum, obligationum, Occasionum, et Consuetudine peccandi aliisq circumstantiis. Quare:

Triplex Genus pœnitentium 2o satis docti et Nobiles, Civer &c, et hi a Confessario examinandi non sunt, nisi deficiant, in specie, Numero, dubiis, circumstantiis, dolore

dolore, proposito &c. 2° Mediocres hi
sepius aberrant, et majorem Confessarii
cautionem exoptant. 3° Rudes, plebei
quos, si Confessarius incapaces reperiat,
instruat, juvet, examinet, juxta cujusq; obli
gationem, et statum, ut videre est in Tract.
de statu de obligationibus, si tam rudes sint
ut incassum laboret remittendus, si spes
fulgeat, quod se melius preparet, sin minus
ex charitate Confessarius partes ejus suscipi
at, et tamdiu circa eo intra, ô si tunc negotii
extra Confessionem disponat, et preparet. Ci
ca Numerum sufficit expressisse, quoties in Me
se, hebdomada, vel die peccasse.

§ II.

De Pueris.

Pueri extra Sacramentaliter tentandi 1° an sciant Necessaria scitu Necessitate oneditu
nam talibus nulla esset Confessio. 2° Necessa
ria Precepti, hic ignorantes in necessitate
absolvendi cum addito ut condiscant, alias
neglexerint in sequenti Confessione remittan
di. 3° Caute attendendum circa dolorem,
propositum, Confessionem et signanter Nu
merum rationis habeant sufficientem, et in
dubio tutius expectandum, nisi forte peri
culum mortis subesset, ô necessitas gravis.

§ III.

De Nupturientibus.

In his 1° Num sciant doctrinam Xtianam
specialiter Sacramentum Matrimonii, ejus
que in Matrimonio obligationes. Nec
num non laborent aliquo impedimento Ma
trimonii, de quibus specialiter in Tractatu de
Matrimonio. Signanter Sponsa Virgo ante hoc
dictionem Nuptialem Cavenda Sponsio
vide Ritual.

Parag

De Sᵗᵒ IV. Contagiosis.

Caveat Confessarius ne contagiosus versetur in Spiritali, et in Nosocomiis si religiosi infirmi recedere nequeunt teneantur aures suas obturare, et graviter ligantur Secreto Naturæ ubi tamen periculum foret in mora, Agonizans unum aliudve confiteatur quod non ita ei propudiosum et absolvatur cum onere de relapsu futuræ Confessionis.

Quæritur. 1º. Quænam sint Causæ a Materiali Confessionis integritate excusantes?

Dico. Ab integritate excusant

Oblivio, Muti mors, Pœna, lingua, periculum. Quæ dum cessarint; addere cuncta debes.

Duæ sunt Causæ a materiali Confessionis integritate excusantes Videlicet: 1º Impotentia Physica, quæ nullo conatu potest superari, ut est oblivio Naturalis, et ignorantia peccati hominibus, quia ad impossibile nemo tenetur. 2º Impotentia Moralis, quæ est magna difficultas Confessionis, sive ex parte Confessarii, sive Pœnitentis, ubi periculum gravis damni sive spiritualis, sive temporalis, sive Confessario, vel alteri ex confessione peccati probabiliter imminentis; quia præceptum positivum ubi est Confessionis non obligat cum tanto incommodo, cui præceptum charitatis prævalet.

Hinc 1º Impotentia Physica, ab integritate Confessionis excusatur Pœnitens. 2º

1° Peccati immemor, v. illud ignorans inculpabiliter. 2° Mutus, et surdus, qui nec scripturam nec Jesu, v. alio modo sua peccata manifestare potest, tenetur tamen Scriptura, si scribere possit; quia periculum revelationis tollitur combustione chartæ; non v. tenetur quis scribere confessionem ob periculum oblivionis, quia solum tenemur confiteri, quæ previo diligenti examine memoriæ occurrunt, atqui est modus extraordinarius, quem nemo tenetur adhibere. 3° Milites et Navigantes, imminente bello, v. naufragio. 4° Moribundi, v. instante alio mortis periculo pœnitenti, v. confessario probabiliter non manente tempore sufficiente pro integra omnium peccatorum confessione. 5° Ignorans idioma confessarii; quia æquiparatur muto, ac surdo; nec tenetur per interpretem; quia jus divinum, et Conc: Latr., ac Trid: non obligant, nisi sacerdotes sua peccata confiteri; excepto articulo, v. probabili mortis periculo, in quo aliqua venialia, et mortalia in genere confiteri debet; quia in tanto periculo salutis videtur obligari lege Charitatis erga se, ne se periculo æternæ damnationis exponat, Conincki, et alii apud Bassæum; imo suadendum ut omnia confiteatur, P. Serv.; quia interpres etiam ad sigillum tenetur, præcipue si ille pœnitens sit sacerdos, quamvis non approbatus.

2° Impotentia Morali excusantur 1° sacerdotes, si sua peccata sine fractione sigilli confiteri nequeat. 2° Pœnitens, si sibi, v. confessario

v̂ cuilibet alteri inde grave immineat periculum gravis morbi, pestilentiæ, carceris perpetui, membror̃ mutilationis, gravis infamiæ, ex revelatione Confessionis, v̂ si non possit confiteri, nisi alio audiente; excepto tamen quoad hoc mortis Articulo, P. Gen. quia tunc tenetur confiteri saltem aliqua venialia, et mortalia in genere. 3o. si Pœnitens timeat grave vdum sui, v̂ proximi v̂ malæ tractationis, persecutionis a Confessario, ppe cipue, si Pœnitens v̂ alius ab eo dependeat, v̂ ei cohabitet. 4o. si nimia timeatur fatigatio Confi, nec scrupulose cum istis agendum, differendo absolutionem, quamvis in diem ad hæc negotium superviuere possent, P. Gen. 5o. si sit periculum solicitationis a Confessario ad turpia. 6o. si timeatur periculum relapsus Pœnitentis, v̂ Confessarii ex longiore examine circa turpia v̂ fragilitate nota experiendum; quia tunc expedit breuiter se, v̂ Pœnitentem examinare cum periculo oblivionis nonnullor̃, debet q̃ Confessarius caute in examinando in hac materia lubrica gerere, et non ita stricte ut in aliis materiis, pœnitentem examinare tenetur. 7o. si Pœnitens sit scrupulosus, modo in omnibus prædictis 1o.) non adsit alius Confessarius, et urgeat præceptum Confessionis v̂ necessitas celebrandi, v̂ communicandi ad evitandum scandalum, v̂ gravem infamiam, et non expectari possit alius Confessarius; non tamen tenetur P. longum tempus expectare alium cum suo salutis jactura, P. Gen.

2o

2° Ut non solum sit dubium, v. levis suspicio mali; quia possessio stat pro præcepto, quod &c. contra.
3° ut malum sit extrinsecum Confessioni, et non solum timeatur confusio, poenitentiæ, Verecundia, v. jactura famæ, ac bonæ opinionis apud Confessarium; quia hæc sunt intrinseca Confessioni, iisq. non obstantibus Confessio actus præcepta &c. 4° ut non plus vehementer, quam necessarium sit ad vitandum periculum, v. damnum; sic qui temet solum de incestu, seu saltem accusare tenetur de fornicatione. 5° Ut peccata inculpabiliter omissa cessante causa excusante in sequenti Confessione manifestentur, Alex. VII. in damnat. Propos. 11.; et si culpabiliter fuerint omissa præter sacrilegium committam tota repetenda sit Confessio, et subsequentes, nisi sacrilegium commissi inculpabiliter immemor, bona fide in illis processerit: non tamen ab integritate Confessionis excusat magnus in solemnitate Concursus populi, etiam si maxima pars Confessionem privanda, Innocent. XI in damnatione propositionis 32. bene autem in tanto bello, Naufragio, incerto vitæ periculoso; nec excusat casuum reservatio, sed urgente præcepto Confessionis, v. necessitate celebrandi, aut Communicandi, videtur quis obligari reservata confiteri non habente a reservatis; quia abilitas saltem indirecte absolvitur, et ea in sequenti Confessione habenti prole. saltem idonum debet pro absolutione directa aperire, P. Serv. ulm Communi; Vide infra Quæst. 5ta Tract. II. Hinc D. Num 7.; Nec additis quibusdam peccatis defectus Animæ,

v.

Vel non satis intelligens idioma potest ab
solvere ab auditis, et quoad alia peccata eum
ad alium mittere, P. Sotv. cum Comitol; Nec potest
Superior solum absolvere reservata, et inferior
alia peccata; quia non est, ut supponitur, neces
sitas dimidiationis urgens; nec sufficit pro
absolutione Confessio peccator. in genere ex
tra mortis periculum, Vt. dicendo: Peccavi gravi
ter, v. peccavi contra justitiam, v. Consensi malæ
cogitationi; Sed, si non habeat alia peccata se
cundum Speciem, et Numerum confitenda, debet
saltem veniale in specie determinatum superad
di pro materia certa absolutionis; quia alias
Sacramentum exponeretur periculo nullitatis
potest tamen saltem q. se confiteri uni mortalia,
et alteri venialia; non vo vicissim venialia priu
uni, et mortalia postea alteri; quia prima
non esset formaliter integra; nec prius mor
talia uni, et venialia Confessario ordinario, si
inde libertatem peccandi quereret.

Evenitur 10a Quænam sit Sigilli Sacramen 20.
talis obligatio?

Dico. Datus Sigilli Sacramentalis indispen
sabilis obligatio, nullo in casu, nec quidem
vo periculum vitæ, Reipublicæ, ac Regni violan
di, Tournely et alii; quia est contra jus Naturale
prohibens diffamare proximum, et violare
fidem de secreto facile a Confessario datam;
contra Jus divinum Confessionem secretam instituens;
contra Naturam Sacramenti tribuens securitatem secre
ti, quo non servato nullus forte ad illam confu
geret; Contra Præceptum Ecclesiæ, Cap. Omnis
utriusq. Sexus, prohibens peccator. ib, v. occasio
nem Confessionis auditor. revelationem,

obligans

Obligans non solum Sacerdotem, sed omnes, qui a confessione Sacramentali immediate, v mediate licite, v illicite, verbis, v signis noverunt, etiam minima, quæ confessionem, v levissime odiosam reddere possunt; quia non datur parvitas Materiæ, in quantum illius transgressio est Sacrilegium contra Religionem, et reverentiam Sacramenti, quamvis prout est læsio justitiæ veniale in materia levi esse possit. Potest tamen expresse, ac libere Pœnitente consentiente ejus Secretum revelari; Sed in Praxi parce, et multum prudentia, et pro bono solum Pœnitentis, et sumpto in re magni momenti illius in scriptis consensu pro majori Confessarii securitate; quia, cum possit S. Se, potest etiam illud S. Confessarium revelare: non tamen sufficit impietà, dubia, interpretativa, aut præsumpta Pœnitentis licentia: et minus vi, dolo, precibus importunis, v metu reverentiali obtenta; quia est res Pœnitenti odiosa; licet etiam uti notitia ex sola Confessione Sacramentali hausta, si nullum directe, v indirecte revelationis subsit periculum, nec ullum Pœnitenti, v alteri gravamen possit sequi; quia non obest Sacramento, nec pœnitenti. Non autem licitum est illa uti cum periculo directe, v indirecte fractionis Sigilli, v Pœnitentis, aut alterius gravaminis; quia inde Confessio redderetur odiosa, ac formidabilis, Vide Decr. Congr. Inquis. 1682. 8. Novemb. Et Superioribus expresse prohibet Clemens VIII, uti notitia Confessionis subditorum ad exteriorem gubernationem: non tamen tenetur Pœnitens de Sigillum Sacramentale;

Quia

quia in ipsius favorem est institutum; bene autem ad Naturale inlüs, quæ sunt in damnum Confessarii, vel alterius, vel contra rationabilem ejus voluntatem, Thom. et Charm, et alii, Poenit frangentis sigillum Sacramentale, sunt depositio d Sacerdotali officio, et in Archum Monasterium inclusio ff. Judicis sententiam, ut patet ex Cap. Omnis utriusq; sed de facto sunt arbitraria.

H.I.V.C. 1o Frangens sigillum hujus est committit peccatum videlicet, Injustæ diffamationis mortale, vel veniale pro gravitate Materiæ; Infidelitatis ratione Secreti violati etiam grave vel leve pro ratione gravitatis materiæ; et Sacrilegii Contra reverentiam Sacramenti semper mortale, quia non datur materia parvitas, et revelatio tantum venialis Confessionem graviter redderet odiosam, etiam respectans post mortem Poenitentis peccatum in, vel occasione Confessionis auditum, vel etiam Confessarius fictus, vel interpres, vel Superior, a quo fuit petita licentia absolvendi a reservatis ff. alium, Doctor consultus a Confessario, non vero Consultus a Poenitente, licet in ordine ad Confessionem faciendam petiisset Consilium; teneatur tamen ad naturale Sigill.; quia Consultatio illius non est Confessio inchoata, nec Consulti notitia procedit ex Confessione facta, nec Consulens cogitat obligare ad sigillum Sacramentale, sed duntaxat ad Naturale. 2a Contra sigillum Sacramentale graviter peccat Confessioni vicinus, etiam inculpabiliter aliquid audiens, vel ex vultu aut gestu poenitentis, vel Sacerdotis aliquid percipiens, vel Confessionem Scriptam inveniens,

ac

Ac legens, ꝟ legi audiens, et alius revelans
quia notitia provenit a Confessione Sacra
menti immediate, ꝟ mediate; non vo
mitteret Sacrilegium Confessarius fuit
si Poenitens scivisset esse lapsum, licet Pe
nitentiam Confessionem validam Crediderit
Lugo; nec si Confessio facta fuerit Animo ficto
ꝟ ex joco, ꝟ Animo trahendi Confessarium in
Peccatum, ꝟ secretum extra Confessionem da
tum fuisset, et acceptatum sub Sigillo Confes
sionis; quia in praedictis non esset Confessio
Sacramentalis esset tamen contra Sigillum
naturale, et Peccatum detractionis. 2° Contra
Sigillum graviter peccant duo Confessarii lo
quentes de Peccatis in Confessione ejusdem
a quolibet auditis, etiam si fieret in utilita
tem Poenitentis; quia quilibet habet illa
sub Sigillo; nec potest Confessarius de peca
to publico loqui, ut audito in Confessio
ne; ut quia ut tale est sub sigillo; nec di
cere, se eum non absolvisse, ob eandem
rationem, licet Peccator sit publice ne
cidious, potest tamen sine fractione Sigil
li dicere, se non absolvisse, addendo, quia
non habuit materiam absolutionis; ꝟ
quia incepit Confessionem generalem;
nec licet Confessario extra Confessionem
loqui ipsi Poenitenti de Peccatis Confessis
etiam pro supplendo errore commisso, nisi
expresso, ac libero ejus Consensu;

quia

quia odiosum esset Poenitenti, nisi fieret statim post Confessionem, Henrig, quia moralitas adhuc durat, & nisi in sequentibus Confessionibus ex rationabili causa fieret, præcipue si eadem materia tangat, ut in recidivis, Bass. Sanch. Bonac. alii; quia ideo idem Confessarius vadetur recidivis pro remedio: unde si error sit supplendus, vocet Poenitentem ad Confessionale, et detur licentiam de præteritis loquendi Confessionibus, etsi exposita necessitate nolit sibi illam dare, Poenitens sibi imputet Spirituale damnum. 4° Graviter contra Sigillum peccat manifestans Poenitentia, quæ solet pro Mortalibus imponi, V.G. Rosarium, & manifestans defectum etiam solum venialem in Specie V.G. mendacium, & defectus naturales ex Confessione solum cognitos, Ex. esse Morosum, Rudem, Scrupulosum, indoctum, tempus magis conterere, esse debitis gravatum, Irregularem, Spurium, et quia Poenitens allegando talibus magis solet affligi, quam per revelationem venialium; Deus si solum in genere diceret, se audivisse illius peccata, & audivisse solum venialia, nisi comparative dicendo, ipsum solum confessum fuisse venialia; quia de aliis suis plerumque mortalia; & dicendo: Hic solum hodie Confessus est, tantum venialia; quia in aliis Confessionibus audientes supponerent, Confessum fuisse mortalia; & unum laudando, ita, ut de aliis præbeatur occasio

Cogitandi

Cogitandi malum; vel exhibendo ob puncta
lem Confessarii ex Confessione cognitam specia
lem benevolentiam, & alteri ob audita in Confessione
odium, vel asserendo, in tali civitate non ampla comitti
grandia peccata; vel in Confessione audibisse scelera
enormia; et magis, si dicatur de aliquo statu Re
ligioso, vel Parochia, regnare in ea certa peccata in
Confessione solum cognita; quia infamia redundat
in ejus membra; secus si id de populosa Provincia,
vel Regno diceretur, Bill.; vel si revelet defectus,
et imperfectiones complicis ex Confessione alteri
cognitos; quia hæc omnia reddunt Confessionem
valde odiosam. 5m. Peliquis ad audiendam Confessio
nem certæ personæ, quam novit ex Confessione
recidivam, vel in occasione proxima, etc., eam audi
re recusans cum alior mali suspicione, secus si
nemo, vel solum pœnitens adverlat, Lamb, Coninch;
quia perinde ac si, facti auditum dimittat. 6m. Peccat
contra Sigillum Sacramenti negans suffragium ei, quem
solum ex Confessione novit indignum, præcipue
si publice dari debeat, Svar.; vel Superiori ex sola
Confessionis Notitia subditum ab officio arcens,
vel non promovens, vultum Austeriorem ostendens,
de iure alloquens, illius colloquium fugiens, et
familia mutans, licentiam exeundi e Monasterio
recusans; famulum male tractans, vel domo ejus
dem, quem ex Confessione furem esse novit, vel ancil
lam, quam scit ex Confessione peccare cum famulo,
vel repellens a matrimonio, quem ex Confessione
novit impedimento labrare dirimente, vel ab ordi
nibus, quem ex Confessione scit esse hermaphro
ditum, et in eo prævalere sexum fœmineum, vel
celebratione Missæ, quem ex Confessione novit non
esse Sacerdotem, etsi non in quibusdam probabilior
pœnitens non adverlat, Confessarium ita noluisse
sua Confessionis; quia sunt effectus pœnitentiæ ingratæ,

et si

et Sacerdotes scirent, similia facile fieri a Confessione deterrerentur: licet tamen insidias in via positas ex Confessione cognitas declinare, aliam sumendo viam, vel domi manendo; Virum ad Missam paratum veneno esse infectum sciens ex Confessione, relinquere, vel Missam omittere; quia, cum haec etiam alio possint fine fieri, poenitenti non sunt rationes, credendi fieri ex notitia Confessionis, et etiam si animadverteret, non possent tamen vere poenitenti esse rationabiles, et odiosa, qui sub eo non dationi cooperari teneatur, modo poenitentis peccatum inde non manifestetur, vel rubore non afficiatur, Thom. et Cham. et alii; quia rubor vix dari potest in inferiore respectu superiorum, quibus similia difficilius permittuntur Ob Decretum Clementis VIII.; etiam quis potest uti notitia Confessionis ad actus poenitenti gratos, modo non fiat peccati revelatio, ut orare pro illius conversione, suam negligentiam, vel severitatem, quam ex Confessione novit, alii nocivam, emendare, benigniorem illum ostendere, familiaritate cum poenitente agere, gratias speciales concedere a verbis, ac factis offensivis abstinere, etc.; etiam si poenitens advertat hoc fieri ex notitia Confessionis; quia non reddiderit Confessionem odiosam.

2do Peccat contra sigillum imponens praecepto ob peccata occulta poenitentiam publicam, quae gravis criminis incurret suspitionem, nisi de spontaneo poenitentis consensu, Suar.; potest tamen imponi, ut certam personam, domum, officium dimittat; quia sunt occasio proxima, quamvis suspicio mali notior fiat; quia non tam ex Confessarii praecepto, quam poenitentis culpa, et obligatione provenit suspicio. 3to In dubio praesumendum est in favorem sigilli Confessionis. Sic dubitans, an Notitia provenerit ex Confessione vel extra occasione Confessionis fuerit manifestata, sub sigillo teneatur ad; Iudex

Iudex agnoscens, accusationem rei provenire a Confessione, vel fractione sigilli, tenetur a judicio deterrere, et Confessarius tenetur negare, imo etiam jurare, se delictum in Confessione auditum nescire, Mst. Cogitando pro foro externo; nec debet confiteri peccatum, quod sibi fractione sigilli revelari nequit, et ordinarie schedam Confessionis dare debet, se eum audivisse in Confessione; non vel addendo, se absolvisse, etiam si absolvisset, nec id non videndo non absolutis, suspicandi occasio præbeatur: negare tamen privatim schedam non ageret contra sigillum, Lugo, Bonac. et alii; quia non tenetur positive occultare ejusmodi dispositionem, et sibi attribuat, si nota fiat; imo publico peccatori, et non externe bene poenitenti vix sine scandalo dari potest, si properet absolutus credatur, Lugo; secus, simultos audiens, ita, ut absolutis schedam præbens, et non absolutis negans, istos peccata mortalia prodat, Tournely; Nec facile a subditis, vel Novitiis licentia est petenda pro usu rotulæ Confessionis; quia non est vere libera, sed saepe ex metu reverentiali concessa, nec pro absolutione complicis, Bassa apud P. Gaav. Qui si Sponsus se accuset de peccato non vel Sponsa, non potest ipsi negare absolutionem, nec deceret, Sponsum se accusasse; quia non magis Sponso, quam Sponsæ credendum, et potest Sponsa habere justam rationem tacendi, vel aliter fuisse confessam; potest tamen eam generice examinare, an nihil habeat contra Sextum acceptum, nulli pravæ cogitationi consensum præbuerit; Sciens vel aliunde visu, vel certo duorum testimonio peccatum, quod Poenitens non est confessus alteri, et malitiose confiteri voluit, non potest eum absolvere; bene autem qui solum

Solum

dubitet, & unius testimonium habeat; quia fides poenitentis ei equivalet, et praeferenda &c.

Natura Sigilli Sacramentalis.

Frangitur hac Verbo, signis, usuq; Sigilli.
Hoc igitur triplex, Jus violare Cave.

Quæstio Quarta.

Die. 25. Februar.

De Satisfactione.

Quæritur 1o quid, et quotuplex sit Satisfactio? R.

Resp. 1o Satisfactio in genere est debiti cujus cunq; solutio; Sacramentalis vō definitur: Voluntaria poenæ a Confessario impositæ tolleranda, ad reparandam injuriam Deo p. peccatum illatam et extinguendam poenam temporalem illatam et extinguendam poenam temporalem peccatis debitam; Tales poenæ juxta Conc: Trid: Sess. 6. Ca. 14. sunt Jejunium, Eleemosyna, Oratio, et alia pia opera, etiam si essent aliunde præcepta.

2o Sacramentalis Satisfactio duplex est, 1o Medicativa, et Medicinalis; Satisfactio 1o Medicativa est, quæ imponitur præcise ad peccata præterita vindicanda. Medicinalis est, quæ præcipue ad peccata imposterum præcavenda imponitur; tales sunt quæ contrariæ sunt peccatis, ut avaritiæ Eleemosyna, libidinosis jejunium, superbis humilitatis officia, detractionis devotionis opera, ut Orationes, Certar Ecclesiar visitationes, Preces peregrinationes, facile recidentibus frequens Confessio, et si Capitalia Communio, et. Alia 2o publica cum solemnitate, vt. Stare ante fores Ecclesiæ cum Cereo accenso; Alia publica sine solemnitate, videlicet, quæ per agitur coram iis, qui scandalum passi sunt.

Alia

Alia Canonica, quæ SS. Canones pro certis peccatis, & decreta, hæc tamen de facto abrogata &t, Sicut et Canones pœnitentiales: potest tamen &t, eos pœnitentibus indicere ut sciant, quam graviter tractent, & impositam libentius, ac ferventius peragant.

N. 2 quæritur Q. An remissa culpa, remittatur tota pœna temporalis, et qualem Confessarius tenetur imponere pœnitentiam?

Dico. Remisso peccato quoad culpam, non semper remittitur tota pœna temporalis; quia populus Israeliticus, David, et alii, etiam remissa culpa, a Deo graviter puniti sunt, Num. 14. et 2. Reg. 12. et ita definivit Conc: Trid: Sess. 6. Can. 30. Unde satisfactio non est tantum ad vitæ novæ custodiam, et alior exemplum; sed etiam ad præteritor peccator vindictam, et satisfactionem pro pœna temporali peccatis quoad culpam remissis debitam; quia ita expresse definivit Conc: Trid: Sess. 14 Can. 8.; tenetur proinde Confessarius sub mortali imponere pœnitenti pœnitentiam convenientem, et proportionatam, etiam pro venialibus, & mortalibus jam Confessis, Billuart quia est pars integrans Sacramenti; et ita docuit Conc. Trid. Sess. 14. Cap. 8., nullam de venialibus faciens exceptionem: non tamen imponenda est solum sub consilio; quia Confessarius tamquam Judex ad eam obligare debet, et quidem pro peccatis occultis occultam, et pro publicis publicam, pro tollendo scandalo, sed sine solemnitate, et aliquando cum solemnitate, sed cum consensu Episcopi.

Ame

AD V.C. 1º Graviter peccat Confessarius non impo
nens poenitentiam pro peccatis gravibus, imo
etiam pro venialibus, 2º gravibus jam Confessis,
P. Sanch. Lugo, Billuart, contra P. Gobat; qui dicit in
se pro venialibus imposita sit quid leve; est ta
men quid grave respectu Sacramenti; cum sit
pars illius integralis, et sine illa maneret mu
tilum cum gravi irreverentia. 2º Non impo
nens poenitentiam proportionatam, et gravem
pro gravi peccato, ubi communiter conferetur
Rosarium quindecim decadum, vel equivalens, apud
P. Gerva; non tamen ita, ut tot Rosaria, quot mor
talia, habet, injungenda sint; Sed secundum pru
dens judicium, Elian. ibidem; etiam operam in
terna, ut meditatio, vel alias praecepta, ut je
junium in Vigilia, vel divinum officium, Cleffio;
quia acquirunt ex Sacramentum valorem ex
opere operato, hoc regulariter tamen non
licet, nec expedit, Billuart; quia videtur
plus a reo requiri, quam ab innocente,
alias non sentiret vindictam; et videtur
etiam Ecclesiam opus peculiare requirere
nisi ex rationabili causa, ut, si alio modo
non posset integre satisfacere ob infirmita
tem, occupationes, etc; Sed etiam imponi
pro Defunctis; quia potest ipsis prodesse
quoad valorem ex opere operantis, Thom.
et Charm, Lugo, et valde communis; verum
tamen est, aliam adhuc superaddere; et causa
vel tamen potest Confessarius non imponens
poenitentiam, si poenitens accepta
absolutione, iterum redeat solum cum venia
libus, extendendo saltem tacite priorem poeni
tentiam

poenitentiam ad sequens peccatum; sed securius est in praxi novam imponere, etsi asserat mortale, nova videtur omino imponenda. Bill. nisi forte addat, ut priorem peragat fervent. P. Serv., 2e evando poenitens sensibus destitutus et ū valde infirmus; huic imponat saltem invocationem Nominis Jesu, si non possit saltem corde ū tensionem affectionis et, et si gravior mentis sit sub conditione graviorem, si convaluerit peragendam. Sed et aliàs potest minor poenitentia imponi 1o ob perfectionem contritionis, ū ob satisfactionem prævie factam, ū ob indulgentias mox lucrandas. 2o ob poenitentiæ utilitatem, ut si timeatur pusillanimitas poenitentiæ, horror confessionis ū majorem non esse implendam. 3o ob difficultatem majorem implendi, ut ob senectutem, morbum, paupertatem, laborem peregrinationem; et 4o si detur illa verba: Reddiviu boni facere. S. Thom. quia ff. illa verba omnia illius bona opera aliquo modo ad satisfactionem elevantur unde Confessarius non facile peccat moraliter in imponendis emitionibus poenitentiis vindicativis, modo non deficiat in medicinalibus; quia tutius ait Gerson, cum parva poenitentia, quæ sponte suscipitur perducere ad Purgatorium, quam cum magna non implenda ad infernum; imprudenter tamen agebet, et præ gravitate excessus peccaret, imponendo jejunium infirmis, ū officiibus gravi labori continuo fatigatis, ū abstinentiam a carne filiis familias, ū cum aliis convivantibus, ū diuturnas orationes servis, et ancillis, in fraudem temporis, ac ob sequior dominis debitorem.

3o

3º Perspicial Confessarius Pœnitentis talem conditionem, Statum fragilitatem, et quando interroget Pœnitentem Num possit impositam persolvere, et Seus aliam imponat: ut dum quis V.g. esurtali non posset jejunare tenetur jejunare cibis Carnalibus ff. minorem quantitatem ff. Collationes, mortificationes, et Eleem.

Observandum 1º quoties datur absolutio, toties repetenda, seu adsint Culpa, dolor, propositum, et impositio Satisfactionis, et quidem intra Sacramentum ante absolutionem.

2º Satisfactio sit proportionata peccatis, ut supra. 3º Non tamen opera alioquin præcepta Si Pœnitens alia præstare possit. 4to Ut plerumque imponenda medicinalia seu peccatis pœnitentis contraria, ut imponere Superbis humilitatem, tenacibus largitatem, iracundis mansuetudinem, lubricis macerationem Carnis, jejunium et ulla tebit in Tractatu de Pœnitentia eorq remediis. Denig communiter imponi solent: Oratio, Eleemosyna, pia opera, et jejunium, adhæc religiosa revocantur.

Quæritur. 3º An Pœnitens teneatur acceptare Pœnitentiam, et an ipse v Confessarius illam mutare possit? 23

Dico. Tenetur etiam Pœnitens acceptare Pœnitentiam, si sit rationabilis; quia ubi est obligatio præcipiendi, etiam et obediendi, cum sint correlativa, illamq; pœnam implere, cum circumstantiis, et tempore à Confessario præscripto, v nullo detrectato, quamprimum commode potest ante vel post absolutionem Tournely. Non tamen necessario ante absolutionem. Sixtus IV. et Alexand VIII.

et

et ita docet perpetua praxis Ecclesiæ, valide etiam si esset in statu disgratiæ; quia ex opere operato habet valorem, modo non actualiter peccet, v. affectum peccati habeat, dummodo illam implere; quia non potest novo debito satisfacere pro antiquo:

Pœnitens sua authoritate pœnitentiam suam mutare nequit, nisi sit aperte injusta a P. Serv.; Consulat tamen in hoc casu prius alium Confessarium; neq in meliùs, communis; quia alia etiam melior non habet valorem ex opere operato sed protestl Confessarius, qui eam imposuit, ex rationabili causa eam mutare, v. minuere in eadem, v. alia Confessione, si saltem confessam adhuc habeat peccatorum memoriam, et de novo pœnitentem absolvat; quia eadem Judex, non v. extra Confessionem, quia ex esset esse judex; nec aliùs, nisi ex rationabili causa audita integra Confessione; quia tunc fit Judex; et si fuerit impetrata pro reservatis, non nisi ab habente a reservatis, dummodo probabilioni; quia aliùs non habet Jurisdictionem in reservata; facta autem a Confessario mutatione pœnitentiæ, potest pœnitens propria auctoritate peragere priorem Bill.; quia in ipsius favorem facta est mutatio, nec videtur esse contra mentem Confessarii.

H. D. C. 5o Graviter peccat pœnitens pœnitentiam gravem pro mortalibus impositam, v. notabilem illius partem omittens, v. in aliam mutans, v. nimis differens, v. voluntarie distrahens pertolerans P. Serv.; nec potest pœnitens propria authoritate peragere P. alium alexand. VII. quia talis factio debet esse actio pœnitentis, ac proinde

finita

viribus peragi Capitul omnia utriusq; sexus
nec a Confessario sibi medicinalia; quia me
dicina non prodest nisi sumenti; Nec vindi
cativa nisi forte ex parte charitas; quia datur
Commando sanctae non tamen esse Satisfac
toria vi sacramenti Bill. et deberet esse in
statu gratiae; nisi essent opera, quae ex alias
solent peragi, ut confectio elemosynae ex servum
vel alium, etiam sit ex promissa data, Bill. Qe
Graviter peccaret poenitentiam gravem, vel
levem pro multis tantum venialibus ad mor
tale valde disponentibus injunctam, vel circum
stantiam notabiliter inflictivam omittens Pleu.
quia videtur simul medicinalis pro cavendo
mortali, et probabiliter omittens etiam levem
pro aliis venialibus non ita ad mortale pros
me disponentibus; et pro mortalibus jam confes
sis impositam Bill quia et pars integrans
sic impositam sacramenti, et eadem esse videtur ex equendi poe
nitentiam, ac imponendi obligatio; non tamen
Graviter peccat, Te Obligatus ad Rosarium lo
ram aliqua pia Imagine, vel flexis genibus, si
illud dicat alibi vel Stando; Venerabilem si in certo
loco notabiliter distante, vel in certa peregrina
tione notabili esset dicendum, vel ad jejunium
esset obligatus, in certa vigilia in honorem
alicujus Sancti si circumstantia hujus tempo
ris primipaliter a confessario fuerit intenta
Bill. Qe Nec graviter peccat recusans poenitentiam
irrationabilem, uti Votum Castitatis, vel ing
ressum Religionis Suarez Nec veniabiliter si fiat
ex justa causa
Qe Nec peccat peragens poenitentiam tempore
alterius boni operis praecepti cum eo complebi
lis, ut Rosarium in Dominica in Missa; nisi aliter
constet de intentione Confessarii;

Sic non satisfacit jejunio a Confessario impo
sito, v. Missæ, jejunando in Vigilia de præcepto,
v. audiendo Missam in Dnica; nec duabus Missis
duas audiendo eodem tempore a duobus Sacer
dotibus; quia aliter censetur esse intentio Con
fessarii; nisi aliter constet ex aliis circumstan
tiis; ut si imponatur jejunium singulis die
bus veneris Q. mensem, v. Auditio Missæ Q.
decem dies continuos satisfacit, licet die
veneris in eo mense sint quatuor tempora,
v. infra decem dies Pia, v. festiva; Omissa tamen
justa ex causa, v. desidia, una alteralla
die debet suppleri alia die nisi ex intentione
Confessarii nota plane affixa fuisset tali
die.

4to Pœnitens excusatur a Pœnitentia si fiat
moraliter impossibilis, v. ita difficilis, ut alio
Confessario non fuisset imposita, uti Jejunium,
v. Peregrinatio Ægroto, v. quando aperte est
immoderata, et nimia; tenetur tamen ad
partem convenientem, et alium Confessarium
de excessu consulere convenit.

5to Si Pœnitentia sit oblitus, nec eandem
posset interrogare Confessarium, tenetur ad
æquivalens, S. Gervasius, non tamen repetere
Confessionem apud alium, Lugo, Tamb. Sobbat
et Porth. apud S. Gervasium.

6e Excusari, saltem quoad aliquam partem, si lu
cretur indulgentias, putant aliqui; Sed, cum eam
lucrasse raro constet, consultius est, ut
impleatur integra; et si sit Medicinalis, eti
am ad eam teneatur, Bonacina.

Quæstio 5a

Tractio V. Quinta.

De Ministro Poenitentiae.

Quaeritur 1° quid, et quotuplex sit Potestas Ministri Poenitentiae? 24.

Resp. Duplex est potestas Ministri, Nempe Ordinis et Jurisdictionis. Potestas Ordinis est potestas remittendi peccata Sacerdoti in sua ordinatione collata; et est incompleta defectu subditorum, et quasi in actu 1°. Potestas Jurisdictionis, seu Jurisdictio est potestas, qua Sacerdos tam quoad fidei in subditum, et est duplex, Nempe Jurisdictio Ordinaria, quae aliqui competit ratione officii curam Animarum annexam habentis, et delegata, quae habetur tantum ex Commissione ordinariam habentis.

Quarit 2° quid sit Approbatio? 25.

R. Approbatio est Authenticum Episcopi testimonium, quo Sacerdos ad Confessiones audiendas idoneus declaratur, ac deputatur. Dicitur deputatur; quia de facto Jurisdictio simul cum approbatione ab Episcopo confertur, ut Collatione beneficii Parochialis, ut mediante examine, vario modo idoneum declarando; Non ita, quia approbatio est formaliter Jurisdictionis Collatio, P. Serv.; quae potest dari secus a Papa.

Quarit 3° quid, et quotuplices sint Casus reservati? 26.

R. Casuum reservatio est restrictio potestatis absolvendi a certis peccatis facta potestate absolvendi ab aliis.

Casus reservati sunt triplicis generis: 1° Papae quos Papa reservantur, et omnes ordinarie habent annexam excommunicationem excepta jure

Jure Novo falsa simulatione innocentiæ Sacerdotis apud Judices Ecclesiasticos in puncto Solicitationis in Tribunali, ubi Bulla Benedicti XIV est recepta. 2m Episcopales, quos sibi Episcopus reservat, vel ex Statuto, vel Consuetudine Episcopatui relevantur. 3o Regulares, quos Regulianum Superiores sibi reservant.

27. Quarit 4m quid, et quotuplex sit Absolutio?

R. Absolutio est actus Judicialis a Ministro legitime approbato prolata, Conferens gratiam de se remissivam peccatorum; Est duplex: directa qua peccatum potest et secundum se remittitur, et indirecta, qua peccatum Consequenter remittitur propter alia directe remissa, quæ sine aliis non possunt remitti; indirecte remissa debent adhuc directe absolvi. Item Absolutio alia est Sacramentalis, quæ datur in Sacramento administrando. Alia extra Sacramentalis dum quis extra Sacramentum absolvitur a Censuris. Item alia Sacramentalis particularis dum unus absolvitur in Sacramento pœnitentiæ: Alia Sacramentalis generalis dum plures una simul Sacramentaliter absolvuntur: Ut Milites in Bello, v dum multi Navi submergentur etc, qui omnes una simul absolventur Ego vos absolvo ab omnibus censuris et peccatis vestris etc. Alia generalis cum imperfectione indulgentiæ plenariæ, quæ datur Moribundis in extremis existentibus. Celerum absolutio a censuris dari potest etiam absentibus extra Sacramentaliter voce, Signo, v Nutu ab habente potestatem.

28. Quarit 5m quid, et quotuplex sit Occasio?

R. Occasio peccati est omne id quod in peccatum

in peccatum trahere potest; et est duplex proxima et remota. Occasio remota est illa quæ aliquando sed raro ad peccatum inducit, sic fere omnes res temporales; ubi in qua quis frequentius abstinet, ut si ejusmodi occasione decies tentatus ter, quaterve tantum succumbit. Proxima est, quæ ordinarie id est semper vel fere semper in grave peccatum, sive in idem sive in diversum induxit P. Gen. est Communis; vel in qua quis frequentius peccat quam abstinet; sic qui in eadem occasione decies tentatus decies, vel octies succumbit. Proxima alia est Personæ, seu Naturalis, quæ ex Natura sua homines fragiles ordinarie inducit ad peccatum. Alia est Accidens seu Personalis, quæ non ex se, sed considerata ipsius pœnitentis ipsius dispositione inducit in peccatum. Alia est voluntaria, quæ deseri potest sine gravissimo incommodo. Alia involuntaria, quæ deseri non potest vel physice, ut ab incarcerato cum flagitio sui vel moraliter, nimirum sine gravi peccato, vel detrimento honoris, bonor, vitæ, gravi scandalo incommodo, quæ prudentis confessarii judicio discernenda sunt P. Gen.; Alia præsens, in qua quis est; Alia absens, vel interrupta quam quis quærit, ut Ludi Chordi, Societatis in Caygona.

Quando tenetur Cⁿ avisare sit Recidivus, et Consuetudinarius? 29.

R. Recidivus est qui nimis frequenter vel sæpius in peccata Mortalia ejusdem speciei labitur. Consuetudinarius est, qui ex pravo habitu peccat. Consuetudo alia est voluntaria, quam quis scienter contraxit, vel emendare neglexit. Alia involuntaria, quam inadvertenter quis contraxit, vel omnibus mediis præscriptis, ac conatu hactenus habito

adhibito emendare non potuit. Qui versantur in occasione proxima necessaria tamdiu absolvendi non sunt, quamdiu et proxima remotam non faciunt abstinendo a peccato, qui vero in occasione voluntaria eam deserant, idem dicendum cum proportione de recidivis. Verum de his omnibus ubinius infra.

30. Quarit 1° quid sit titulus Coloratus, et error Communis?

R. Titulus Coloratus est, qui habet speciem veri tituli, ut Collatio beneficii Parochialis, sed a parte rei invalida, vel propter simoniam. Error Communis est, quando quis in loco ubi excepit Confessionem communiter creditur habere jurisdictionem, vel officium habens jurisdictionem annexam, quod non habet. Si titulus Coloratus Copulative simul concurrant suplent Jurisdictionem, si contingat in iis, quae sunt Juris Ecclesiastici, secus vero in iis, quae sunt Juris Naturae, vel divini, imo etiam in iis, quae sunt Juris Ecclesiastici si error delegatur Confessionis tutius repetenda.

31. Quaritur 8.° Quinam requirantur ex parte Ministri ad absolutionem validam?

Dico. Ad validam absolutionem ex parte Ministri quatuor requiruntur, Videlicet 1° Potestas Ordinis ut sit Sacerdos; quia solus Sacerdos est Minister Sacramenti Poenitentiae, Solis enim Apostolis et eorum Successoribus Sacerdotibus dixit Joann. 20. Accipite Spiritum Sanctum quorum remiseritis peccata, remittuntur eis etc; Et ita expresse de fide definivit Conc: Trid: Sess. 14. Canone 10. 2° Jurisdictio vel ordinaria vel officium curatum, vel delegata, quia ipsi vel officium curatum, vel delegationem conferantur

Subditi

subditi dirigendi in ordine ad vitam æternam, ut Conc: Trid: Sess. 14. Cap. 7. expresse declarat, et quia Natura Judicii exposcit, ut Sententia in subditos diuntaxat feratur, sine qua jurisdictione nequidem venialia, nec mortalia jam rite confessa, et remissa absolvere potest Congreg. Card. sub Innoc. XI 1679 apud Thom et Charm. 2m Approbatio ejusdem loci, quia ita declaravit Conc: Trid: Sess. 23. Cap. 15.; sine qua invalide absolvit, et incurrit suspensionem ferendam in jure, Can. placuit, etc. apud Pill; q. 6. approbatio, et Jurisdictio debet esse expressa, actualis, ac formalis; nec sufficit interpretativa de futuro, quia quod non est actu, non potest actu operari; Nec autem tacita, seu interpretativa de presenti signo aliquo externo manifestata, quam supponat actu conferre. 3m Cum videat, et sciat, non approbatum audire confessiones, et taceat, cum facile eum impedire posset, saltem, ut valide non det, ut licite absolvat, P. Gerv. Gobat vide quæ dicta sunt Part. 1. Tract. 1. de Act. hum. Quæst. 6. et hinc Num 2. 2o Cum ad est Titulus Coloratus cum errore communi invincibili etiam quoad Casus reservatos; quia propter publicam utilitatem ad evitandos Scrupulos, perturbationes, et maxima incommoda, Ecclesia supplet, modo pœnitens sit in bona fide. 3o Supplet Ecclesia Jurisdictionem in Articulo mortis; quia ita declarat. 4o denique requiritur ad validam absolutionem intentio Ministri, de qua egimus de Sacramentis in genere; et attentio ad unum saltem peccatum; quia alias deficit Materia.

4. N. 1m Confessio est nulla ex parte Ministri, defectu Sacerdotii audita a Ministro non baptizato, vel non Masculo, vel alio modo non valide ordinato; nec supplebitur titulo Colorato, et errore Communi, quia est Juris divini.

Hinc 2o

A.4.8C. 2o Defectu Jurisdictionis, & Approbationis

1o Invalide absolvit Parochus vi tantum sui beneficii approbatus, in aliena Parochia sine licentia Parochi, nisi alia sit Gratia Diœcesis, quia vi beneficii in sua solum Parochia habet Jurisdictionem; Valide tamen excipit Confessiones 1o si esset Proprius Parochianus, quem ubiq; etiam extra Diœcesim absolvere potest Bened. XIV. 2o. In aliena Ecclesia excipiens Confessiones in conspectu loci, & Parochi dictæ Ecclesiæ non reclamantis, & contradicentis, cum facile posset; quia sufficit vali habitio de præsenti ante absolutionem signo externo manifestata; in praxi tamen non licite, quia exponit Sacramentum periculo nullitatis; imo nec valide, si timore vitæ valide, unde approbatum credens non reclamet.

3o Si simul sit approbatus pro tota Diœcesi, prout nunc fere ordinarie fit, etsi sit pro sua sola Parochia approbatus, valide tamen absolvit in sua Parochia omnes ad ipsum accedentes, etiam extra Diœcesanos ex tacito Episcopi consensu consuetudine firmato; etiam tempore Paschali Eugenius IV. modo non fiat in Gaudem, et exceptis Monialibus; etiam Alius pro tota Diœcesi approbatus in tota Diœcesi valide excipit Confessiones; non vo licite in Ecclesia aliena, nisi de Consensu saltem interpretativo qui supponitur a Parochis, quibus ordinarie spiritualia exercitia exhibentur, & si alias facti sint; etiam non obstante Clausula de Consensu Parochi in instrumento approbationis apposita, Consensu Parochi etiam non requisito, & non obtento; quia non apponitur pro validitate Sacramenti; ita Declaravit Clerus Gallicanus in Comitiis Generalibus Anno 1655;

et

et ita habetur in instructione Pastoralis Dioc
cesis Basilicatis Anno 1764, et in pro Gramma
firmat Edictum Excellentissimi Dñi Ordinarii
IOSEPH Martonfi Anno 1804. etiam a re
servatis in Diœcesi pœnitentiis, modo non
sint reservati in Diœcesi Confessarii, et Pœniten
tem non in fraudem reservationis in alienam
Diœcesim migrasse noverit Clem. X. etiam
tempore Jubilæi pro Confessione Annua
Clem. X. et alii Summi Pontifices.

4° Valide absolvit Simplex Sacerdos a Paro
cho pro Confessionibus approbato, et in Com
muni pro Confessario approbato habitus
licet non sit, vel mediante Pactio simoniaco
promotus, & publice denunciatus alibi ac qui
rens beneficium curatum, & efficaciter approba
tionis examine Confessionem audiens; quia
Ecclesia mediante titulo Colorato cum error
communi præbet et supplet Jurisdictionem.

5° Valide sed non licite absolvit Confessa
rius suis instrumentis ex reservatis inhærens,
et publicans, se habere a reservatis, & habens
officium, cui a reservatis esse annexum, publice
est notum, ut Magni Pœnitentiarii in cathe
dralibus licet in re potestas sit revocata
& non concessa, modo Pœnitens sit in bo
na fide; quia habet errorem Communem,
et titulum Coloratum.

6° In articulo mortis, quales sunt
brevi morituri, & in amentia diuturna,
& perpetua lapsuri, ut etiam et Mulier
Magrans præsertim prima vice, Deus mode
brevi puniendus a quolibet Sacerdote non
approbato a quibuscumque peccatis, et Censuris

Salutem

salutem impedientibus, valide absolvunt ne sine sacramento pereant Trid. sess. 14 cap. 1.; Præsente tamen Parocho, vel alio approbato, vel si exspectari possit, juxta dictorem non potest non approbatus exigere confessionem morituri; quia non est necessitas, nisi approbatus cum nollet ad dixit; advenientes vero approbato confessore jam absoluta, non tenetur de novo confiteri approbato, nec incepta a non approbato confessione, ab illa desistere; quia causa tum non est amplius integra; nec tenetur absolutus a non approbato etiam a reservatis, et convalescens desistere habenti potestatem a reservatis; quia directe fuit absolutus cum in Articulo Mortis nulla fit reservatio Litt. Trid: nisi res esset deducta ad forum æternum pro satisfactione sub pœna reincidentiæ; non vel si sit occulta; vel ubi ita est Statutum; quia tales Juris loquuntur de foro externo.

H. S. R. E. Cardinales Defectu Intentionis, vel Attentionis Invalide absolvit ex foro, vel lapsu linguæ formam proferens, vel nullum omnino audiens, vel intelligens peccatum; quia perinde est ac si pœnitens nullum dixisset.

32. Quæritur. An Vicarius habeant Jurisdictionem Ordinariam, ac delegatam?

Dico. Jurisdictionem Ordinariam habent per se 1m Papa respectu totius Ecclesiæ. 2do Episcopus ac illius Vicarius Generalis respectu totius Diœcesis; quia idem cum ipso Constituit Tribunal. Et Archidiaconus in sua, et tempore visitationis etiam in Sibi Suffraganei Diœcesi, et Capitulum Sede vacante.

3ᵒ Generales, Provinciales, Abbates respectu
suor Subditor. 4ᵒ Parochi respectu suor Paro
chianor, quibus annumerantur Decani in plenis
Capitulis respectu suor capitulor, Vicarii
perpetui respectu suor Subditor, Superiores
locales, non vō secundus Superior, ut Supprior
ubi primus Prior, vel Vicarius ubi primus
Guardianus, nisi p. mortem, vel amotio
nem Sedes vacet.

Per accidens vō tribus modis acquiritur Juris
dictio ordinaria 1ᵒ Relatione domicilii, vel quasi
domicilii, ut respectu Mercator, Scholas
ticor, Militum, Aulicor in Curiis. 2ᵒ rationelon
vetudinis, ut Parochi respectu peregrinan
tium, Vagabundor, Elemosynarii respectu Mi
litum in Castris, non vō in praesidiis. 3ᵒ Privile
gio ut Regulares in Conventuales continuos,
ac Novitios, ut declaravit Clem. X. 1670.
apud Billuart

Jurisdictionem delegatam habent alii Con
fessarii vel p. examen, vel alio modo, et illi solum
eam subdelegare possunt, qui habent ordinariam
Bonif VIII. Nisi sit legatus Papae ob summam
potestatem delegantis Capitull 22. de appella.,
vel nisi sit delegatus cum facultate subdele
gandi, vel si sit delegatus ad universitatem
causar, potest aliquos saltem actus subdelega
re.

Amittitur Jurisdictio ordinaria 1ᵒ Privatione
officii cui annexa est; quia destructo principali
corruit accessorium. 2ᵒ Delegata illimitata
concessa revocatione. 3ᵒ Ad tempus concessa
expirat elapso tempore praefixo: non expirat
tamen

tamen præcise morte, ℞ amotione delegan-
ti. Lugo, Svarez, et alii contra S. Antoninum,
quia tal concessio gratiosa, et acceptata, post
morte, ℞ amotione concedentis non extinguit,
Capit. Si Super gratia in 6to Lib. 5. Tit. 11.; et
ita usu fit receptum, nec extinguit facultas
absolvendi a reservatis, ita Billuart contra Sa-
tas; quia non minus fit concessio gratiosa
et acceptata, quam Jurisdictio, et approba-
tio pro aliis peccatis non reservatis; Nu-
matis fit in præjudicium successoris, qui utam
potest revocare; quod pro majori tamen Se-
curitate & usu Diœcesis diffudicamus fi-

1. Habet Jurisdictionem delegatam habens qui
sunt Confessarii non Curati 2o ab Epo sibi
electo, ac confirmato; quia habet Jurisdictio-
nem, licet nondum sit consecratus. 2o A Ca-
pitulo Sede vacante; quia Epo succedit, qui
ad Jurisdictionem. 3o et Vicario Generali. 4o
A Legato Papæ, ℞ alio Prælato Jurisdictio-
nem Episcopalem habente in loco a Jurisdic-
tione Ordinarii exempto. 5o A Parocho, nisi
a Papa ℞ Epo pro tota Diœcesi sit approbatus
et deputatus. 6o A Superiore Regulari, Mi. Ge-
nerali ℞ Provinciali pro suis subditis, quia
respectu suorum subditorum Jurisdictionem et exercet
quasi episcopalem, et Localis ut Parochi, non
tamen pro Monialibus; licet ipsis subditis
Confessarios deputare possunt, nisi ab Epo
Diœcesano prius idonei judicentur, et appro-
bationem obtineant. Greg. XV. Clem. X.
Bened XIII, et XIV. 7o Regulares deputati
pro certa familia prot. ab Epo Fratres illius
familiæ absolvere.

8o

8ª Pro Saecularibus debent Regulares etiam exempti approbari ab Epō Conc: Trid. etiam Doctores Licentiati, Professores Theologiæ graduati. Non convenit tamen, ut Doctores et Professores Theologiæ examinentur, et ita S. Pius V. quoad Lectores Mendicantium, et in Theologia Licentiatos Suos Superiores graduatos declarasse, assent Bassæus. 9ª Possunt Regulares exemti ab Epō approbati sine licentia Suor Superior absolute approbati valide audire Confessiones Macchabæus et alii; quia valor depondet a voluntate Epi. non vō licite, quia gravis contra obedientiam in re gravi; imo nec valide, i. S. Sententiam Superiorius sint suspensi, vel nominatim denunciati. 10ª Approbatus in una Diœcesi non est approbatus in alia, Alexand. VII. et habenti licentiam eligendi Confessarium et prælatis Regularibus, Inferiores Epō, Pastores etc non possunt eligere nisi approbatum. 11ª Habens Jurisdictionem ordinariam vel Parochus potest confiteri cuilibet habenti approbationem, quod tamen non intelligitur de approbatissa. 12ª Parochus totam suam Jurisdictionem subdelegare potest; quia habet Jurisdictionem ordinariam, et subdelegatus ab ipso Parocho ægrotante vel absente potest subdelegare alium ad aliquos actus, ut ad Benedicendum Matrimonium, vel ministrandum Viaticum etc; quia est delegatus ad universitatem Causar. 13ª Mortuo Epō, Manent Confessarii uti antea approbati etiam pro reservatis; quia sunt gratiæ ejusdem rationis; nisi a Dioecesis Consuetudo obstet. Expirat tamen potestas concessa Pœnitendi, eamdem approbatam eligendi pro reservatis morbo ingredente

Nondum facta electione; quia re adhuc integra gratia non est acceptata a Confessario; Deus si Confessionem jam incepisset, cessaret etiam mortuo Episcopo fillius Vicarii Iurisdictio, quia idem fecit cum Episcopo Tribunal, quod sede vacante devolvitur ad Capitulum; Mancino Mortuo Parocho cessaret illius Iurisdictio Vicarij, quia ita usu receptum est. 4to Episcopus valide, sed non licite denegat, & revocat approbationem sine causa spectante ad Confessionem, & utilitatem Ecclesiæ Clem. X. et 11. ad Cor. 4.

§ De Casibus Reservatis.

33. Reservatio est limitatio Iurisdictionis facta Sacerdoti inferiori, in ordine ad absolvendo aliqua peccata salvo Iure absolvendi aliis. Unde reservatio directe affigit Confessarium, cujus Iurisdictio restringitur; licet indirecte tangat etiam pœnitentem, qui a tali Confessario absolvi nequit.

Finis cur Ecclesia reservavit atrociora quædam Crimina est Conservatio disciplinæ Ecclesiasticæ, salutaris horror adversus peccatum fideles videndi, se non aqvavis posse absolvi, et qvando qvidem pœna peccatis commensuret Collligere est ex Trid: Ss. 14. Can. 7.

Potestatem a Reservatis absolvendi de lege Ordinaria habent tum ipsemet reservans V.g. Papa pro toto Mundo, Episcopi pro Diœcesibus suis, Ordinum Generales Provinciales erga suos subditos, Tum alius, qui ab his legitimam Commissionem habuerit: Verum hic tenenda duo: 1mo Casu Necessitatis circumstantiis si occurrat casus papalis recurrendum ad Episcopum. 2do si occurrat Episcopalis, etiam ab Episcopum recurrendum.

Conditiones

Conditiones Reservationis.

Mortale externum sectus effectus secuto
Completum Speciei: siquis peccata reservet.

Nota. Excellentissimus Dñus Josephus Martonfi
Anno 1863. in Casibus reservatis reprobat
absolutionem indirectam, et pro declaratio
ne Casuum Dioecesanor Tramitis proponit
formam, et praxim Sanctaianam qua talis est:
Habet exitum, quod Poenitens bona fide ignoran
Casum suum esse reservatum nulla sub protesta
ab ordinario Confessore absolvi queat. 2° Nec
in dubio An Casus sit reservatus? Namintali
dubio Confessarius necessario dubitare debet
de sua Jurisdictione sed extra articulum Mor
tis ut probabili a fortiore dubia Jurisdic
tione uti nequit. Ex Bulla Innoc. XI. 3° Reser
vari solent peccata mortalia, eaq externa
consumata, in sua Speciie completa: Atme Vo
luntas interna peccatum reservatum Committen
di non est reservatum, Nec oscula, tactus, risus
ad incestum tendentes, nec Machinatio ad ab
ortum, homicidium, incendium, effectu non se
cuto: quia reservatio utpote onerosa Stricte
interpretationis est juris restrictiva. 4°
incurrunt reservationem etiam impube
res rationis capaces praeter incestum
Ita Jus Canon. de delictis Pueror. 5°; Reser
vationes Episcopales contrahuntur etiam
si invincibiliter ignorentur non enim sunt poe
nae nec Censurae, ideo nec contumaciam requi
runt; sed sunt inhabilitates Confessarii

Aliud enim judicium ferendum de iis, qui habitu voluntario, et cum advertentia graviter peccant, ut communiter in materia luxuriæ; quia non nisi notabiliter emendati absolvendi sunt. Aliud de eo, qui singulis septimanis semel, vel bis graviter lapsus, sed ab octo, vel quatuor diebus egbaliter tentatus et motivo emendationis non amplius succumbit, quia jam potest absolvi, cum accedente Sacramento pœnitentiæ, et communionis, et emendatione jam incepta, certius emendatur; Aliud de eo, qui adhuc in ultima septimana fuit lapsus, quia plus dispositio est dubia, et absolutio differenda; Aliud de eo, qui in mense semel, vel bis graviter labitur, quia si nondum fuerit admonitus, media accepta, longo tempore non fuerit confessus, dolorem non ordinarium habeat, et nihil aliud obstet, posset adhuc absolvi, præcipue urgente præcepto communionis, vel alia ratione; quia mediante Sacramento, admonitione, et mediis ipsius emendatio recte creditur futura; Aliud de eo, qui admonitus semper cum ipsodem peccatis quasi ex consuetudine, vel humano respectu redit; quia ille dimittendus, cum de illius proposito sincero merito dubitetur; Aliud de eo, qui singulis diebus, aliud de eo, qui singulis septimanis, aliud de eo, qui singulis mensibus, aliud de eo, qui ex consuetudine inchoata vel provecta, aliud de consuetudine inveterata judicium ferendum; quia, qui rarius cadunt, et quod consuetudo nondum firmas habet radices, facilior superatur emendatio, quod si ultra mediocritatem fuerit, contingat notabilis; sic duodecies lapsus per mensem,

quinquies

quinquies duntaxat labens notabiliter censetur emendatus, et applicato beneficio absolutionis, et Eucharistiæ sacramento cum aliis mediis integra probabiliter speratur emendatio, ac proinde absolutione dignus videtur, nec ultra octo, vel quatuor decim dies indispositi dimittendi sunt, P. Gen.; Quia Instructio Pastoralis Diec. Basil. de hujusmodi pœnitentium Bened. XIV. dixit: Jubeatis, ut Confessarius, ut intra modicum tempus; quale non videtur esse annus, vel duo menses. Sic licitat, ut negligens compiatur, fragilis consoletur, emendatus absolvatur.

Remedia autem sunt actus pravis habitibus contrarii; quia contraria contrariis curantur, sic luxuriosis imponant jejunia, ac aliæ corporis macerationes, ut non soli cum sola maneant, custodia sensuum; et; Ebriosis abstinentia a vino ad certum tempus, vel quoties inebriantur: blasphemis, ac perjuris orationes, Eleemosynæ, quoties blasphemant, vel perjurant; generalia sunt ablatio causæ recidivandi, auditio Concionum, Spiritualis lectio, usus frequens Sacramentorum, Meditatio passionis Xti et Quatuor Novissimorum.

4to Differenda est absolutio scandalum aliis, vel occasionem peccandi præbentibus ut sunt fœmina lasciva ornatu; Bibliopolæ libris impudicis, vel hæreticis et; Pictores fœdis picturis; Parentes juramentis, detestationibus, blasphemiis, et infantes scandalizantes si admoniti non cessant.

5to Differenda est ad restitutionem obligatio, si sit notabilis; quia alias ob propensionem differendi relinqueretur in periculo non restituendi; Vel si non sit notabilis, Attamen monitus, et de ea admoniti, eam facere neglexerint; quia eor promissio non amplius meretur fidem;

nisi

Nisi in Mortis articulo, & non possint P. se, et Jeo
suos haeredes Satisfacturos saepe promittant, Greg
XIII. & si nondum fuerint admoniti, de restitu
tione non notabili P. Thom. et Charm.; quia ipsis
facilius creditur.

6ª Inveteratas inimicitias habentibus, & qui promissionibus, et mediis de reconciliatione faciendis non steterint; quia ipsis non credendum, donec se reconciliaverint.

7ª In gravi scelere, ut homicidii, adulterii, et mox prolapsis, et ob infamiam, & confusionem potius, quam vero dolore statim absolutionem habere praesumentibus; quia eorum dispositio videtur aequivoca, et ut gravitatem peccati melius agnoscant, et melius se praeparent, aliquando absolutio est differenda, P. Thomas et Charmes.

Quaeritur 15ª Quando absolutio sit nulla ex parte poenitentis, et An Sacramentum poenitentiae possit esse validum, et informe? 38.

Dico. Absolutio est nulla ex parte, et defectu poenitentis, 1º si sine dolore, et Proposito essentialiter requisito illam accipiat. 2º Quando in ipsa Confessione mortaliter peccavit, retinendo malitiose, & mortali negligentia omittendo mortale, & illius Speciem, aut Numerum, & mentiendo in materia gravi. Nec potest Sacramentum poenitentiae esse validum, et informe; quia non potest habere omnia essentialia, ut sit validum, et non conferre gratiam ex defectu dispositionum; quia dispositiones sunt de essentia, et ipsa materia Sacramenti. Deinde repetenda Confessio quotiescunq; advertitur in valore defecisse, juxta illud Adest Culpa dolore sive Culpabiliter sive inculpabiliter fuit nulla, & Nil N. 2º Confessio repetenda est, quando fuit nulla illius absolutio, sive ex parte Confessarii, sive

sive ex parte Pœnitentis, et quidem tota, si fiat apud alium Confessarium, vel apud eundem, si nulla amplius habeat illius nobitiam; quia de illa non potest judicare; Non vero si rem Confuso subtermittendi Status Pœnitentis, sed sufficit se accusare de omissis, et de defectu Confesso; nec tenetur repetere Confessiones intermedias bona fide factas. 2a Confessionum repetitio est vitanda, Consuetudine peccandi implicatis; quia licet peccatum subsequens non certo arguat falsitatem Confessionis antecedentis, periculum tamen indicat. Si frequenter fiat. 3a Confessio sine dolore supernaturali, vel universali, saltem efficaci est invalida, et repetenda, quamvis bona fide, et inculpabiliter dolorem sufficientem esse credenti; quia in re deficit pars essentialis, et si Sacramentum esset valida sem, Conferret gratiam, ac proinde non esset informe.

Circumstantiæ.

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando, Hæc si perculeres; actum removere valebis.

Propositiones damnatæ.

Non est illicitum in Sacramentis confendis sequi opinionem probabilem de Valore Sacramenti, relicta tutiore. damnavit Innoc XI.

Prælati Regulares possunt in foro conscientiæ absolvere, quos cunq; Seculares ab hæresi occulta, et ab excommunicatione propter eam incursa Alexand. VII Pijone 4a

Mendicantes absolvere possunt a Casibus Episcopi reservatis, non obtenta ad id Episcopi facultate Alexand VII Pijone 12a.

Licet absolvere dimidiate tantum Confessos ratione magni concursus pœnitentium, qualis fit potest contingere in die Magna alicujus festivitatis, aut Indulgentiæ Innocentij XI Pijone 19a.

Pœnitenti

Poenitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, Ecclesiæ, aut Naturæ, et sine emendationis spe nulla appareat, nec sit neganda, nec differenda absolutio quomodo ordo præscribat se obligare, et proponere emendationem. Innoc. XI. Prop. 60.

Potest aliquando absolvi, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, et non vult omittere; quivimo dicere et se proposito quæ, aut se ei ingerit Innoc XI Prop. 61.

Absolutionis capax est homo quantumvis laboret ignorantia mysteriorum fidei, et etiam si ex negligentiam etiam culpabilem nesciat Mysterium Trinitatis, et Incarnationis D.N.J.C. Innocent XI Prop. 64.

Non est obligandus Concubinarius ad ejiciendam Concubinam, si hæc nimis utilis sit, ad obtinendum Concubinarii dum desistente illa nimis graue ageret vitam - - - et alia famula nimis difficile inueniatur Alexand VII. Prop. 41.

Non tenemur Confessario interroganti fateri peccati alicujus Consuetudinem. Innoc XI Prop. 58.

Peccata in Confessione omissa, et oblita ob instans periculum vitæ, aut ob aliam causam, non tenemur in sequenti Confessione exprimere, Alexand VII Prop. 11.

Qui facit Confessionem voluntariæ nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ Alexand VII Prop. 11.

Probabile est sufficere attritionem Naturalem modo honestam Innoc XI Prop. 57.

Attritio qua Gehenæ, et poenæ metu concipitur, sine dilectione benevolentiæ Dei propter se non est bonus motus, ac supernaturalis Innoc XI. Pro 15.

Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit præcepto Confessionis, dicens: Comisi cum soluta grave peccatum contra Castitatem, non explicando copulam Innoc XI Prop. 25.

Poenitens propria Authoritate sibi substituere sibi alium potest, qui loco ipsius poenitentiam adimpleat Alexand VII. Prop 15.

Occasio proxima peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis, aut honesta non fugiendi datur Innoc. X. Prop 62.

Indulgentiæ Concessæ Regularibus, et revocatæ a Paulo V. hodie sunt revalidatæ. Alex VII Pone 37.

Frequens Confessio, et Communio, etiam in his qui Gentiliter vivunt, et nota Prædestinationis Innocent XI Pone 36.

Quæstio Sexta

De Effectibus Pœnitentiæ

39. Quæritur 1o Divinam, suos effectus Sacramenti Pœnitentiæ, et quomodo Venialia remittantur extra Sacramentum?

Dico Effectus principales Sacramenti Pœnitentiæ sunt 1o Infusio gratiæ habitualis cum habitibus virtutum infusis gratiæ amissæ, si fuerint amissa, et gratiæ Sacramentalis. 2o Omnis culpæ saltem mortalis remissio, et venialis juxta dispositionem. 3o Pœnæ debitæ peccatis debitæ condonatio, non vo semper totius pœnæ temporalis, sed pro modo dispositionis, vel minoris Pœnitentiæ dispositione, et Satisfactione Confessario imponenda.

Venialia extra Sacramentum non potest hic gratia actuali remitti per actum ex Solis Naturæ viribus elicitum; Nec junctum cum mortali, nisi mortali simul remisso; quia non potest remitti, nisi per opus Deo placens: hoc tamen requiritur in homine justo pro illius remissione Novæ gratiæ habitualis infusio; quia non consistit in privatione gratiæ, sed in diminutione illius fervoris, vel impedimento illius Nitoris S. Thomas Nec requiritur Pœnitentia formalis; quia minor requiritur dispositio, quam pro remissione mortalium; Sed sufficit virtualis per actum, quo homo se fertur in Deum, ubi veniale odiosum meminerit, displicuerit illud commisisse S. Thom. quia sic illud restituit, quod per veniale fuit ablatum Nisi. ut promptè in Deum ferebatur

Quæritur

Quæritur 2° Quottuplicis generis sunt Opera? 140.

R 1° Avi duplex distinguunt Theologi genus Operum. Nempe 1° Opera vivificantia, quæ divinam animæ affectum ut Contritio. 2° Opera viva, quæ facta sunt ex Charitate, et vitam dilectionis, quæ facta sunt ex Charitate, et vitam diligentiæ meretur. 3° Opera mortifera, quæ mortem animæ inferunt et peccata mortalia. 4° Opera mortua, quæ ex se sunt bona, facta tamen ab homine existente in peccato mortali. 5° Opera mortificata, quæ viva, sed supervenientia peccatum mortale impediuntur a consecutione præmii vitæ æternæ alias illi debiti.

2° Peccatum redire simpliciter est redire secundum maculam, et reatum sibi proprium. Redire secundum quid est peccatum sequens ratione ingratitudinis fieri gravius, quam alias fuisset.

Quæritur 3° An bona opera justorum præ-existentia pœnitentiam revivisscant, et peccata præ-existentia pœnitentiam dimissa redeant præ-existentia peccatum subsequens? 141.

Dico. Opera viva justorum præ-existentia peccatum mortificata, quæ sunt in Dei membris, ac pius justorum saltem Conditionato servata præ-existentia subsequentem Dei misericordiam simul et justitia revivisscunt, et quidem ad eundem gratiæ, et Gloriæ gradum, quem ante peccatum merebantur. Quia impietas impii non nocebit ei, in quacunque die conversus fuerit Ezech 33.; non vo Virginitas, nec innocentia sumpta pro immunitate ab omni peccato; quia factum infectum fieri nequit; bene autem quoad formale quantum ad habitum S. Thom; Nec peccata præ-existentia pœnitentiam dimissa redeunt simpliciter præ-existentia peccatum subsequens; quia sunt vere res omnino diversæ; sed tantum secundum quid ac virtualiter S. Thom quia ob ingratitudinem peccata subsequentia fiunt graviora

Quæstio

Lectio Septima

De Purgatorio, Suffragijs, et Indulgentijs

42 Purgatorium est Locus medius, inter Coelum, et Infernum, in quo Animæ justorum purgantur a culpæ levioribus, et solvunt pœnas temporales, pro peccatis quoad culpam jam remissis debitas.

Suffragium est Translatio satisfactionum unius in alterum.

Indulgentia est Relaxatio pœnæ temporalis pro peccatis jam quoad culpam remissis debitæ, a legitimo Ministro facta p. applicationem Thesauri Ecclesiæ. Dividitur 1o In totalem, seu plenariam, quæ est remissio totius pœnæ temporalis peccatis debitæ. Et partialem, quæ est remissio partis pœnæ temporalis peccatis debitæ, quod alias p. pœnitentias arbitrio Canonum fuit solendas, p. Septem, Quadraginta, v. centum Annos. 2o In personalem, quæ alicui personæ conceditur. Localem, quæ loco est annexa. et realem, quæ rei, v.g. Rosario, v. Numismati annexis. 3o In Indulgentiam vivæ, quæ pro vivis p. modum absolutionis, v. actus Jurisdictionis in personam conceditur; et Defuncti, quæ pro defunctis p. modum suffragii Satisfactionis ex Thesauro Ecclesiæ conceditur. 4o Jubilæum est Indulgentia plenaria cum privilegijs, pro qua ordinarie Bonifac. VIII. Annum centesimum. Clem. VI. Quinquagesimum. Paulus II. 25m. Et de facto eadem Indulgentia in forma Jubilæi conceditur solet pro jubilæis dictis necessitatibus, ut tempore belli, v. post Electionem Novi Pontificis.

Thesaurus Ecclesiæ est Thesaurus primario ex meritis, et Satisfactionibus Xti. infinitis, sed secundario ex Satisfactione Deiparæ, et Sanctorum coalescens.

Hij

stis Notatis Dico 1o. Dari Purgatorium ex de Fide Trid: Sess. 6. Can. 3. Item 2. ad Machab. 12. Quamvis Ubi sit non constet; etiam datur Sanctor. seu Suffragior. communio, inter Vivos, et Defunctos, ita ut Vivus inter vivos possit orare et Satisfacere pro alio, et pro Defuncto, et Defuncti orare pro vivis, quia ex gravi Iob C. ultimo Satisfecit Gaudet C. ad Ephes. C. 1. et pro Defunctis, ita Trid: Sess. 25.

Conditiones tamen aliquæ requiruntur, et quidem ex parte offerentis Trex: 1o Intentio applicandi Suffragium alteri. 2o Ut opus sit voluntarium, ut distinguatur a Satisfactione. 3o Ut sit in Statu gratiæ. Si sit Satisfactorium ex opere operante. Non vò si sit ex opere operato, ut Missæ Sacrificium: Et Trex ex parte illius pro quo offerantur; 1o Ut sit Viator saltem aliquo modo, ut Animæ in Purgatorio. 2o Ut sit in Statu gratiæ. 3o Ut culpa jam sit remissa.

Suffragia in quantum sunt Satisfactoria si habeant Conditiones prædictas Solum infallibiliter prosunt iis, quibus applicantur; quia dependent ab intentione applicantis; In quantum vò sunt Meritoria Solum offerenti; quia meritum est Personale: Si Animæ autem, pro quibus offerantur Suffragia jam essent in Cœlo, vel in Inferno ipsis non prosunt prosunt tamen offerenti; quia hæc est tacita cujuslibet intentio. Item 244.

Quis potest Concedere Indulgentias?

Dico. Datur in Ecclesia potestas Conferendi Indulgentias a Xto ei concessa Ex de Fide Trid: Sess. 25. Potest q. Solus Papa Conferre Indulgentias plenarias pro vivis, et Defunctis; quia Ipse Solus est Principalis dispensator Thesauri Ecclesiæ et Traditio, ac Perpetua Ecclesiæ praxis ita docuit, et Cpi. in Suâ Diœcesi pro vivis tantum Capitulo suo autem; Et Partiales videlicet Unius Amb.

mi

In Dedicatione Ecclesiæ, et quadraginta die in eâd anniversariis, et aliis tempore Concil. Later IV. Can. 62.; Ubi tamen Papa, et Ep. eorum non nisi ex justis, rationabilibus Clausulis, Clem. VI. Extravag. Unig.; et ex motivis Indulgentiæ proportionatis illas concedere possunt; quia sunt tantum dispensatores Thesauri Ecclesiæ, non vero Domini Dni. Valere incipiunt Indulgentiæ ad solemnium a Papa concessæ, non à die publicationis, sed a die brevis, Sacr. Congr. 18 Maj 1711. et præsunt Indulgentiæ vivis, et defunctis infallibiliter; quia fundantur in potestate, et promissione Xti, quæ sunt infallibilis. Sed servantur Conditiones requisitæ, quales sunt pro vivis 1mo Ut sit Baptizatus. 2do Non ligatus excommunicatione. 3tio Ut sit subditus Indulgentiam conferenti. 4to Ut opera à concedente præscripta integrè adimpleantur; quia conceditur sub Conditione operis. 5to Ut sit in Statu gratiæ; quia non remittitur pœna, nisi prius remissa culpa, saltem quando ultimum adimpletur opus, et ut absit omnis ad mortale affectus, quando ponuntur alia opera; quia cum tali affectu non merentur remissionem, sed augmentum gloriæ. 6to Propositum efficax Deo satisfaciendi; quia est essentiale veræ pœnitentiæ ad Indulgentiam requisitum. 7mo Intentio saltem habitualis, v. Interpretativa generalis consequendi omnes quas potest Indulgentias. Et pro Defunctis 1mo Executio Operis præscripti. 2do Intentio Indulgentiam pro Defunctis applicandi. 3tio Status gratiæ, saltem in fine ultimi operis facti requiritur.

N.B. 1mo Invalide concedunt Indulgentias, Abbates etiam Jurisdictionem quasi Episcopalem habentes, Generales, ac Provinciales Ordinum, nisi ex Speciali Commissione, ut in fine Visitationis, C. Gerv. Bonagr.; Concedente Leone X. quas propriè non concedunt, sed applicant: Benè autem Episcopi solum confirmati, licet non Consecrati; quia habent Jurisdictionem, imo in Germania

Statu

statim post electionem, P. Gerv.; quia ita Concilator. concessit preferitur Episcopis transalbinis administrandi spiritualia statim post electionem concorditer factam; et Archiepiscopi in sua Provincia; licet actu non residentes; etiam Legati et Nuncii; quia comprehendun tur nomine Episcopi; Non tamen Concilium de vacante, Svar cum Comm.

2o. Nec valent Indulgentiæ a Papa, v. Epo concessæ ab iis finem, motivo proportionato, et quæ ducit ad illam probabiliter conducentes; talis finis bonus est honor Dei, Charitas proximi; motivum proportionatum est, quod Deo aque, v magis placet, quam satisfactio pœnitentis, uti pax Christianor. principium, extirpatio hæresum, Exaltatio Ecclesiæ, conversio fidelium, Constructio ventratio aliusque Sancti; Conversio fidelium, Constructio Basilicæ, Xenodochior, sustentatio pauperum, redemptio Captivor; bona opera ad eosdem fines conducentes sunt, Certe preces, Elemosynæ, etc.; et licet horum sint exiguæ; ut quinque Pater, et Ave, v. pauca Elemosynæ, simul tamen cum aliis sunt quid notabile.

3o. Non lucrant Indulgentias Judæi; quia non sunt subditi Ecclesiæ; possunt tamen eas lucrari Religiosi, ac peregrini, etiam Episcopales; quia possent se subjicere immunitatibus favorabilibus; nec potest quis lucrari Indulgentias pro Defunctis, nisi pro ipsis per modum suffragii concessas.

4o. Non lucrantur Excommunicati; quia sunt Excommunicati; nec hæretici eas lucrantur; quia sunt Excommunicati; nec notabilem partem, v circumstantiam operis prescribunt omittentes, etiam ex ignorantia invincibili, oblivione, v justo impedimento, uti si ægrotus non jejunet, v famulus Elemosynam ab hero datam retineat, v quis confessionem omittat, licet tantum venialia habeat, Clem. XIII An. 1759. non necessariam invincibiliter credat, nisi semel saltem in quolibet hebdomade ad Sacramentum pœnitentiæ accedere soleat, et legitime non fuerit impeditus, et nullius lethalis culpæ ab ultima Confessione consciu sit: quia his suppositis sine actuali confessione omnes consequi possent Indulgentias, Clem. XIII An. 1763.; sufficit etiam Elemosyna modica, si quantitas non sit determinata; et tunc possit ingredi Ecclesiam,

Sufficit

Sufficit Oratio ante foreas, & in Cameterio, etsi Altaria visitanda sint in eadem Ecclesia, sufficit ad illa Concursio, modo sit in tali situ, ut ad illa orare censeatur, etsi Missa sit prescripta, sufficit, licet una, aut altera Caremonia deficiat; et si Indulgentia sit annexa numismati, sufficit, si illud secum, & ante se habeat: Non potest autem eodem actu, V.G. Oratione plures lucrari Indulgentias, Bene autem eodem tempore pluribus actibus V.G. audiendo Missam, et dicendo in ea Rosarium.

De Indulgentiis Regularium.

Nota 1° Pius V in Bulla etsi Dominici et Sacto Sedula das Februari 1567. revocavit omnes Indulgentias quæ quoquum continebant vide Fid: N. 25 Gaudvo V. In Bulla Romanus Pontifex 23 Maji 1606 edita ob varia dubia, et confusionem Indulgentiis singulas indulgentias quibusq ordinibus, et Societatibus Regularibus, et quibuscumbet Personis Regularibus concessas perpetuo revocavit. Earumq loco Novas concessit, quia vo pro modum audebant asserere quidam præfatas Indulgentias esse denuo renovatas. Hinc Alexand VII ad submovendum illum errorem damavit Propositionem 37. Indulgentiæ cessæ Regularibus, et revocatæ a Paulo V. hodie sunt revalidatæ.

N. 2° Indulgentiæ Regularium indubitate, ac P. Paul. V. superius memoratum, ibidem denovo concessæ citata Constitutione Omnibus Regularibus quorumvis ordinum sunt sequentes: 1° Habitum Regularem a legitimis superioribus juxta constitutiones Apostolicam Cruce prosilendi subeuntibus, vere pœnitentibus confessis, ac communicatis concessit Indulgentiam plenariam. 2° Professionem sic debite emittentibus pariter plenariam. 3° Cuivis religiose intra Claustra, sui Monasterio viventi,

qui

qui in festo Principali sui ordinis Confessus, et sacra Communione refectus fuerit, et Missam celebrans pro Ecclesiarum Concordia, hæresum extirpatione, et Pace ad Deum preces fuderit indulgentiam plenariam. 4° In cujus libet vero Mortis articulo si vere saltem nomen Jesu Nomen invocaverit, plenariam. 5° Qui primam Missam Canonice promotus Confessus communicavit, et celebravit, et Confessus communicans eidem Missæ interfuerit, aut ipso die Missam celebravit similiter plenariam. 6° Spiritualia exercitia decenter per decem dies facientibus plenariam. Et id novissime Alexander VII. Fratribus minoribus etiam ad 8. solum dies facientibus concessit. 7° Religiosis inter Claustra viventes, qui suam Ecclesiam devote visitaverint, et oraverint consequentur eadem Indulgentias, quas visitantes Ecclesias, Urbis, et extra eam diebus stationum consequuntur in omnibus Jubilæ ac si ipsas Urbis Ecclesias personaliter visitarent diebus in Missali Romano descriptis. Sacra longa. 8° Omnibus Religiosis intra Claustra viventibus, qui Quinque Pater, et Ave, ante Altare cujuscumque Ecclesiæ dixerint quotlibet die 5. Annos, et totidem quadragenas. 9° Eosdem Indulgentias lucrantur extra Claustra existente de licentia suorum superiorum tamquam prædicatores &c. si dictas preces ante quodcumque altare dixerint. 10° Religiosi, qui S. Mensem integrum singulis diebus orationem mentalem spatio medii horæ fecerint, ac confessi, et communicati ultima Dicæ mensis lucrantur Indulg. 60ta Annos, et totidem quadragenas. 11° Qui vero contrito corde ac pœnitentes culpas suas, et imperfectiones in Capitulis culpas accusaverint, et spiritualiter communicaverint, ac exercitium virtutum fecerint

lucrantur

Lucrant Indulgentias 3ium Annor. et totidem quadragenas. 12o Missiones de licentia sui Superiorū, ū Summi Pontificis in terras infidelium, ū hæreticor. ad concionandum, ū Confessiones audiendum, et Confessi communicaverint, ū celebraverint Missam, lucrant plenariam, cum itineri accingunt, et quando ad Pœnitentiam attingunt, idq. bis. 13o Orationibus quadraginta horal. Superiores Ordinum in dictis in Visitationibus generalibus qui spatio duar. horar. interfuerint, et ut moris oraverint plenariam.

Demum vult præfatus Pontifex, ut dictæ indulgentiæ omnibus perpetuo Regularibus approbator. Ordinum, Claustraliter viventibus suffragentur. Religiosi infirmi Ecclesiam adire non valentes lucrantur etiam in Lecto modo satisfaciant operi pio a Confessario imposito.

Indulgentiæ Trium Ord. SS. Min. Monialium.

Hi Lucrantur Indulgentias plenar. ad Rosarium B.V. Septem Gaudior. Corona hæc constat ex 72 Ave et 7. Pater. In memoriam dictor. B.V. et additur, Gaude et Ave, pro Contificia Mysteria 1o Ave M. concepisti. 2 Elisabeth visitando Portasti. 3. Jesum peperisti. 4 Cui Reges munera obtulerunt. 5. invenisti. 6 qui Resurgens Discipulis apparuit. 7. qui te in Cœlos assumpsit. Sed Mysteria hæc non sunt necessaria ad lucrandas indulgentias. Recitantibus hanc Coronam totiens quotiens concessit plenariam Leo X. quam Caul. V. post revocationem omnium de novo concessit 1608. 8a Junii et Confirmavit Innocent XI. Reliquas indulgentias Ord. minor

vide

vide in Rubricis particularibus. Nominis Jesu. Conceptio B.V. Corporis Xti, qui interfuerint horis Matutinis.

2o Sacerdotes Regulares obstrictos, et Sorores Moniales S. Clarae, item Tertiarias ex Concessione Leonis X. recitando 5 Pater, et Ave, et in fine cujuslibet Gloria Patri, ad intentionem Contrifici et Saluti Cultores Sacri et Gloria pro concedente indulgentias lucrantur in suis Ecclesiis omnes Indulgentias concessas Ecclesiis Romanis. Sic omnes Indulgentias concessas, Ecclesiis Romanis. Sic omnes Compostellanae et Fortunatae, nec habent stygerosol. Compostellanae et Fortunatae, nec habent revocatae a Greg. V. quia sunt locales, et sic declaravit S. Congr. 1607. 7a 7bris ac si in locis predictis orarent, sed orandum brachiis extensis, et ante SSm Eucharistiae Sacramentum. Sic has Stationum indulgentias lucrant. Plura vide in Rubricis Particul. Breviarii Nri 88. et 89. Demum nostri possunt applicare pro Animabus Purgatorii omnes Indulgentias, et opera Meritoria ex Concessione Gregorii XV. 1622. 10. 9bris.

3o In Festis nostri Ordinis Sanctos quoties nostri lucrari valent Indulgentias, totiesque Sacularres in nostris Ecclesiis. Si occurrat S. Rosaliae 16 Aprilis; Nam tunc solum Nostri lucrantur. Vide Bullas in Archivio Nostro Vaticano. Deinde si contingat officium transferri, nec tamen transferuntur Indulgentiae.

4o Indulgentiae Portiunculae origo, et extensio, propagatio habetur 2a Augusti in Breviario praefixo ibi tempore plenae obtinentes quoties quotiesque in aliqua Ecclesia Ord. S. Francisci Nri semel pro vespere, alias vicibus pro Animabus Purgatorii, ita praxis etiam Romae. Item sic declaravit S. Congr. in Concilio sub Innoc XI 7a Martii 1678.

die 18 Martii Finis hujus Tractatus


Titius
Descendentes
Juvenis Caius
Juvenis Seius
Mater Lia
Mater Aja
Filius Titius
Filia Titia

TRACTATUS V.

1807
Die 1ª Aprilis

De Extrema-Unctione, & Ordine.

Hic Tractatus duas continet Quæstiones,
1ª De Extrema Unctione, 2ª De Ordine.

I

Quæstio Prima.
De Extrema Unctione.

Quæritur 1º Quid sit Extrema Unctio?

Resp. Extrema Unctio definitur Sacramentum a Xto ~~in ille~~ institutum, quo infirmi de vita periclitantes per unctionem olei, et orationem Sacerdotis obtinent salutem Animæ, et sanitatem Morbi, ubi saluti Animarum expedit.

Quæritur 2º An Extrema Unctio verum sit Sacramentum, et quænam sit illius Materia, & forma?

Dico, Extrema Unctio est verum, ac proprie dictum Novæ Legis Sacramentum, quia omnes habet veri Sacramenti conditiones, et ita definivit Conc: Trid: Sess. 14. Can. 1.; et probabiliter post resurrectionem a Xto Dño institutum post pœnitentiam; quia supponit potestatem dimittendi peccata; Cujus Materia remota necessitate Sacramenti est oleum olivarum ab Epo, vel ab alio Sacerdote ex illius Commissione benedictum, Thom et Cham. & Gerv.; quia Apost. Jacobus ait: ungentes eum oleo, etc., quo sane dicto intelligitur olivæ, et ita dr Caravit Conc. Flor. et Trid. Sess. 14. Cap. 1., et Constans Ecclesiæ praxis. Materia vero proxima necessitate Sacramenti est Unctio; quia est applicatio materiæ remotæ, et Salem

in

in Ecclesia latina debet fieri in quinque sensibus, et qui Gemini sunt, ut duo oculi, in utroq; caveat ne Sacramenti forma prius absolvatur, Billuart; vel urgente periculo saltem in uno sensu cum forma exprimendo simul alios; quia cum unctio in genere tantum a Do fuerit determinata, potest de determinatione Ecclesiæ sufficere in necessitate unica facta in parte aliq; notabili; et gravitante præcepto debet fieri, in oculis, auribus, naribus, labiis, manibus, pedibus, in renibus &. modum Cruc immediate pollice nullo adhibito instrumento, nisi in necessitate tempore pestis, et Sacerdotibus in extenore parte manuum; quia interior pars fuit uncta in consecratione, nisi alia sit consuetudo.

Forma vo sunt Verba Ministri, videlicet: Per istam Sanctam unctionem, et suam pissimam misericordiam indulgeat tibi Dnus, quidquid peccasti per: ita de aliis sensibus: deliquisti. Amen. Essentialiter autem: Per istam unctionem indulgeat tibi Deus, Thom et Cham.; quia hæc verba actio Ministri, Subjectum, et effectus essentialiter exprimuntur, et Verba: Dei misericordiam, et Sensus exprimentia, sub gravi requiruntur peccato; nec alia verba in Rituali prædicta sine necessitate sunt omittenda; deficit essentialiter esse deprecatoria; quia ita indicavit S. Apost. Jacobus dicendo: Orent super eum, ungentes, et Ecclesiæ.

NOTÆ. 1o Deficiente oleo sacro infundendum est aliud oliva at non benedictum, sed in minori gravitate. 2o si desint manus, pedes, vel oculi, ungendæ sunt partes vicinores, Ben. Serv. et alii. 3o In necessitate moriente ægroto, vel tempore pestis, sufficit eum ungere in quibus sensu obtio, dicendo:

Per

Per istam unctionem indulgeat tibi Dnus, quidquid p. sensus deliquisti, Amen. Rit. Dioces. Argent: v in dali ibidem dicendo: quidquid p. oculos, et alios sensus, et v si necessitas permittat, experimendo omnes quin que sensus, Sylv. Bonac et alii; potest etiam fieri unctio calamo, gossipio, aut bacillo tempore pestis, postea comburendo, Pgrav.; quia potest esse necessitas, valetq sacramentum omissa unctione uni us oculi v auris; peccat tamen graviter sine ne cessitate omittens unctionem prescriptam, v verba sensus, v misericordiam experimentia; quia p contra praxim Ecclesiæ in re gravi.

3.

Quæritur 3o. Quisnam sit Minister, quænam ppa ratio, et Effectus Extremæ Unctionis?

Dico. Minister Extremæ Unctionis Solus est Sacerdos; quia ita indicat S. Apost. Jacobus, et Conc: Trid: ita definivit Sess. 14. Can. 4.; Omnis q Sacerdos valide il lam administrare potest, quia non essentialiter requiritur potestas Jurisdictionis, sed solum Ordinis; licite vo extra Casum necessitatis solum habens ordinariam, v delegatam Jurisdictionem.

Subjectum capax est infirmus, de cujus morte: licet non ita prodinta, timetur ab intrinseco; quia ita declarat S. Apost. Jacobus, dicens: infirmatur quis, etc. Et Conc: Flor. et Trid. Sess. 14. Cap. 4.; nec extremum exspectandum est periculum; quia usum rationis habens cum majori fructu, ac veneratione illam recipit: debetq illam recipiens. 1o Saltem p. se esse in Statu gratiæ; quia est Sacra mentum vivor. 2o Habere intentionem saltem ha bitualem; quia non debet esse invitus. 3o Devotio nem Actualem, si possit, saltem pro majori fructu.

Kor

Non est tamen necessaria necessitate Medii; quia illa homo potest salvari; nec necessitate Præcepti directe, et graviter obligantis, Paul. Lugd. Billuart P. Gerv. et alii ac Comm. Ibid. contra P. Rom et Cham et Tourneli; quia nullibi tale exstat Præceptum, se graviter obligans: obligat tamen P. auctor. Sanch. quia in tanto periculo constitutus auxilium tam utile negligere non potest sine Sacramenti, ac salutis propriæ contemptu, et fidelium scandalo; et P. se obligat Ministros illud administrandi petentibus; quia vi officii ad id tenentur; v. si alia Sacramenta sustinere nequit.

Effectus hujus Sacramenti primarius est 1° Gratia Sacramentalis, quæ est gratiæ habitualis augmentum, quia est Sacramentum vivor. supponens statum gratiæ, habens jus ad omnia ad Specialia auxilia quibus infirmus juvatur, et roboratur ad actus supernaturales eliciendos s. tentationes dæmonij in ultima lucta vincendas, ac morbi molestias facilius perferendas. 2° Remissio peccati mortalis occultati, si nondum sint remissa, saltem P. auctor. P. Gerv. et alii; et certius, quam in alijs Sacramentis vivor. ibid. quia S. Apost. Jacob. ait: Si in peccatis fuerit, remittentur ei; quod non dicitur de alijs Sacramentis vivorum. 3° Abstentio reliquiæ peccati, pp. propensionis ad malum, corporis ad bonum, languoris, anxietatis, debilitatis mentis. 4° Alleviatio infirmi P. fiduciam in Dei misericordiam. 5° Aliquando Sanitas corporis, si saluti animæ expediat, ex opere operato, Tour. Tom et Cham; non tamen est reiterabile hoc Sacramentum in eodem morbo, nisi postquam convaluerit; quia ita indicat Conc. Ibid.; debetq servari Ritus cujus libet Diœcesis.

AMDG.

ANC. 1° Graviter peccat Parochus Extremam Unctionem morientibus non solum petentibus, sed etiam aliis administrare negligens; quia tenetur illam administrare ex justitia vi officii Pastoris; vel differens, donec sensibus sint destituti, Ger.; quia licet sensibus destituti valide illam recipiant, et Parochi tamen culpa ubertori privantur fructu, ac Sacramentum reverentia; et alius Sacerdos absente Parocho in necessitate illam non administrans peccat venialiter, P. Ger.; quia tenetur saltem ex Charitate; et mortaliter, si agrotus nullum aliud possit recipere Sacramentum; quia exponitur periculo eterne salutis, cum extrema Unctio conferat primam gratiam saltem ff. accidens; et certius quam alia Sacramenta vivor; et tenetur Parochus in tali necessitate etiam cum periculo vite, ut tempore Pestis illam administrare; quia censetur esse in extrema necessitate; non autem exclusa tali necessitate; quia sine illa potest salvari. P. Ger.; Alius vero Sacerdos sine necessitate, et Parochi licentia illam administrans peccat graviter; quia usurpat alterius Jurisdictionem in re gravi, Et Regulares insuper incurrit Excommunicationem ex Clem. de priv.; nisi fieret in eor Claustro. Potest etiam ungi infirmus simul a pluribus in diversis partibus, et diversa forma, si non possit absolvi ab uno, Bassa. et S. Thom; quia qualibet unctio, et forma habet suum effectum: vel successive, et si peracta una unctione deficiat Sacerdos, potest alius peragere, P. Ger.; posset etiam de novo repeti Mocrat. ibid.; Non tamen unus ungere, et alter proferre formam, nec unus ungere unum oculum, alter alterum, Dian.; nec ungere seipsum; quia mutaretur forma essentialiter.

2°

2º Non debent ungi infantes ante usum rationis; quia censentur non peccasse; bene autem in septennio; quia ordinarie censentur habere rationem, etiam illi, in quibus malitia supplet aetatem, Rit Arg. B. Serv. cum Com.; et in dubio sub conditione, Ob. Serv. nec ungendi perpetuo amentes; bene autem deliranles, phrenetici, modo praecaveatur irreverentia colligando, vel tenendo, Basseus, etiam muti, caeci, surdi a Nativitate; quia possunt peccasse sensibus internis, nisi alia sit praesens consuetudo, ut in Argentinensi, Rit Arg.; mutis a Nativitate fiat unctio ad labia, sed rejecticantur verba: Per locutionem, ibidem. 3º Nec debent ungi milites incuntes bellum, nec existentes in periculosa Navigatione, nec tempore Naufragii, nec damnati ad mortem; quia periculum provenit a causa extrinseca; bene autem, si reus jussu judicis venaesectionem aperta fiat infirmus; vel ille, cui sanguis suffusus negatur; et qui viperae morsu, vel scorpionum ictu, vel vulnere, veneno, senio, pragnatione, puerperio infirmantur; vel phtysici respiratione cadentes; quia omnes isti sunt infirmi, et in periculo mortis ex causa intrinseca.

4º Graviter peccat in statu mortali extremam Unctionem recipiens, et non confitens prius si possit, vel contrens, si non possit, P. Serv. et Thom. et Charm.; quia obligat Confessio in tali periculo; et contritio ob reverentiam Sacramenti.

5º Licet Ceremoniae cujuslibet Ecclesiae Servandae sint, non tamen est mortale, 1º si vir ad ministraret Extremam Unctionem sine Superpelliceo, et Stola in necessitate, et nec veniale, si sit valde urgens; Tamb, et alii;

Nec si

Nec si unctio fiat non in forma Crucis, vō non dicantur Psalmi Poenitentiales; bene autem si aliæ orationes antecedentes, et subsequentes omittantur sine necessitate, Bonac. et alii; ac postea supplendæ sunt; non tamen sub mortali Gerv.; nec requiritur sub mortali ministrans Sacerdotem adjuvans; nec lumen; neq sub veniali in necessitate; nec potest Parochus retinere Sanctum Oleum in sua domo, ut vocatus citius veniat ad ægrotum; non tamen est mortale, nisi illud continuo domi retineat Barbarosa et alii; nec sub mortali danda est extrema Unctio post Eucharistiam; quia datur in quibusdam Diœcesibus ante Viaticum, et potest dari in quocunq; situ, prout necessitas ægroti requirit.

Nota. 1m In mulieribus renum unctio semper omittenda Rit. Trannid. 2m Eodem morbo, et periculo perseverante illud Sacramentum repetere non licet; si vō morbi vis ita remiserit, ut recessisse periculum mortis videatur, ideq; rursus recrudescat, et novum mortis periculum urgeat, tunc iterum unctio peragenda est. In dubio vō num morbi status sit mutatus, seu Num idem perseveret? Expedit ut ad Sacramenti iterationem Parochus propendeat Epitome Benedicti XIV. folio 186.

Pars Secunda.

De Ordine.

Quæritur 1m Quid sit Ordo, et quot sint Ordines? H.

Resp. 1m Ordo, seu Ordinatio est Sacramentum a Deo institutum, quo gratia spiritualis potestas traditur, Clerico ad Eucharistiam conficiendam, conficienti inserviendum, cæteraq; munia Ecclesiastica rite obeunda.

2m Septem

2m Septem sunt Ordines, videlicet, Presbyteratus, Diaconatus, Subdiaconatus, Acolytatus, Exorcistatus, Lectoratus, et Ostiariatus quor tres primi dicuntur Majores ob majorem potestatem propinque ministrandi circa Eucharistiam; et Sacri; quia annexam habent legem Continentiæ, ac horas Canonicas absolutionem; quibus aliqui addunt Episcopatum ut Ordinem probabilius distinctum. Quatuor posteriores Minores, ob minorem potestatem remote dantes ad ministrandi circa Eucharistiam; et non Sacri; quia non habent annexam Continentiæ legem, nec horas Canonicas absolutionem, quibus aliqui addunt Tonsuram, ut Ordinem a minoribus distinctum, sed minus probabiliter.

5. Quæritur 2m quomodo definiantur singuli Ordines? Resp. Episcopatus definitur Ordinatio, qua per manuum impositionem ab Eppo Consecratore, et Assistentibus Eppis facta sub præscripta Verborum forma traditur Presbytero potestas regendi Ecclesiam Dei. Presbyteratus est Ordinatio, qua per traditionem Calicis cum Vino, et Patenæ cum Hostia, et impositionem manuum Eppi sub præscriptis Verborum formis traditur potestas Eucharistiam conficiendi, et a peccatis absolvendi. Diaconatus est Ordinatio, qua per traditionem Libri Evangeliorum, et impositionem manuum Eppi sub præscriptis Verborum formis confertur potestas Evangelium legendi, et Sacerdoti immediate assistendi. Subdiaconatus est Ordinatio, qua per traditionem Calicis vacui cum Patena vacua, et Libri Epistolarum sub præscriptis Verborum formis confertur potestas proxime inserviendi Diacono solemniter ministranti, et legendi Epistolas in Ecclesia.

Acolytatus

Acolytatus est Ordinatio, qua p. traditionem can
delabri cum Cereo extincto, et Urceoli vacui sub
præscriptis verbor formis confertur potestas ac
cendendi Ecclesiæ luminaria, et suggerendi Vi
num, et aquam in Eucharistiam sanguinis Xti.
Exorcistatus est Ordinatio, qua p. traditionem Lib
ri Exorcismor sub præscripta verbor forma con
fertur potestas manus imponendi super ener
gumenos ad expellendum dæmonem. Lecto
ratus est Ordinatio, qua p. traditionem libri
Lectionum sub præscripta verbor forma con
fertur potestas legendi, vt cantandi Lectiones
in divinis officiis, ac alias instructiones, et be
nedicendi novos fructus. Ostiariatus, est Ordinatio,
qua p. traditionem Clavium sub præscripta
verbor forma confertur potestas aperiendi,
et claudendi Ecclesiam, arcendi indignos, per
cutiendi cymbalum, ac campanam, et Ecle
siasticam supellectilem custodiendi. Prima
Tonsura est ritus ab Ecclesia institutus, quo
pris capillor abscisione a statu Laicor distin
guitur, et ad Ordines suscipiendos melius dis
ponitur.

Quæritur 3° An Ordo verum sit Sacramentum? R.
Dico. Ordo, seu Ordinatio est verum, ac proprie
dictum Sacramentum Novæ Legis; quia habet
omnes conditiones ad Sacramentum verum
proprie dictum requisitas, et ita definivit
Conc: Trid: Ss. 23. Can. 3.; Eclg a Xto Dño ins
titutum in ultima Cœna dicente: Hoc facite
in meam commemorationem, vt docet Conc:
Trid Ss. 22. Can. 1. Septem autem sunt Ordines
videlicet

videlicet Presbyteratus, Diaconatus, Subdiaconatus, Acolytatus, Exorcistatus, Lectoratus, Ostiariatus, et omnes sunt Sacramenta; quia omnes habent conditiones ad Sacramentum requisitas, et de Presbyteratu ita expresse de fide definivit Conc: Trid., et de Diaconatu id tegare esset temerarium ibi Comm.; quibus annumerantur Episcopatus tanquam sacramentum a Presbyteratu distinctum, non vō Tonsura; quia etiam Episcopatus veras habet conditiones Sacramenti, et imprimit Caractherem, et potestatem confert a Presbyteratu distinctam; non vō Tonsura, sed solum ad Ordines preparat; Suntq Episi jure divino Presbyteris superiores ordine, jurisdictione, honore, ac dignitate; quia Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, Actor. 20.; Et jure divino sunt soli Ministri Ordinis, et Confirmationis, ac jurisdictionem habent in alios Presbyteros, ita definivit Conc: Trid: S. 23. Can. 7.

7. Quæritur Hº Quænam sit Materia, et forma Ordinum in genere, et in particulari?

Resp. Præmot. Tactus aliqs realis, ac physicus, quo instrumentum correctum realiter tangitur; Aliq moralis, qui fit extensione manuum vertus instrumentum sine tactu reali, quo ostenditur instrumentum correctum acceptari: Hoc Notato.

Dico. Materia remota Ordinis in communi est aliquod instrumentum Ordinandis in signum potestatis Spiritualis traditum, et proxima est ejusdem traditio, et acceptatio; Forma vō sunt verba ab Episco prolata cum expressione potestatis, quæ confertur; quia ita expresse habetur in Concilio Carthag. IV. et Flor.

Materia particularis Ordinum differt quidem in Ecclesia latina, et Græca; non tamen essentialiter, et cum eam in specie determinandam Christus Ecclesiæ reliquerit, potuit Ecclesia utriusq ritum permittere.

In utraq

In utraq latina, ac græca de necessitate Sacramenti requiritur juxta probabiliorem, ac tutiorem tactus materiæ physicus, quo instrumentum porrectum realiter tangitur P. Thom et Charm: Billuart; saltem una manu, P. Gerv.; quia Materia est physica, et forma est tradi accipe videtur indicare tactum physicum, et ita debeat praxis Ecclesiæ; De necessitate vero præcepti tactus utraq manu, quoad Calicem cum patena, et patenam cum pane, P. Gerv.; sufficienter tamen tangitur vinum mediante Calice; quia ita est praxis Ecclesiæ.

Materia vero Particularis cujuslibet Ordinis est. 1º Ostiariatus Materia remota sunt claves, proxima est traditio clavium per Episcopum facta, et acceptatio; Forma vero sunt verba Episcopi: Sic age quasi Deo redditurus rationem pro his rebus, quæ his clavibus recluduntur. 2º Lectoratus materia remota est liber Lectionum, proxima est traditio illius, et acceptatio, et Forma: Accipe, et esto Verbi Dei relator, habiturus si fideliter, et utiliter impleveris officium partem cum his, qui Verbum Dei ministraverunt ab initio. 3º Exorcistatus Materia remota est Liber exorcismorum, proxima est Libri Exorcismorum traditio, et acceptatio, et forma: Accipe, et Commenda memoriæ, et habe potestatem manus imponendi super energumenos sive baptisatos, sive Cathecumenos. 4º Acolytatus duplex est materia partialis, nempe remota, Candelabrum cum Cereo extincto, et saltem unicus urceolus vacuus, proxima est traditio, et acceptatio Candelabri cum Cereo extincto, ac urceoli vacui, et duplex forma partialis videlicet: Accipe Ceroferarium cum Cereo, et sciat te ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari in Nomine Dni. Altera: accipe urceolos ad suggerendum vinum, et aquam in Eucharistiam Sanguinis in Nomine Domini.

Sacror

Sacrol Ordinum etiam ẽt duplex materia, et forma
partialis in Ecclesia latina, videlicet 1o Subdiaco-
natus Materia remota partialis ẽt Calix vacuus,
et Patena vacua, proxima, ultimus traditio, et acce-
ptatio, Forma vō partialis Corresspondens: Videte
cujusmodi Ministerium vobis traditur ideo vos
admoneo, ut ita vos exhibeatis, ut Deo placere
possitis; Et altera materia remota ẽt Liber Epi-
stolar, proxima illius traditio, et acceptatio, Forma:
Accipe librū Epistolar, et habe potestatem legendi eas
in Ecclesia Sancta Dei tam pro vivis, quam pro
2o Diaconatus materia remota partialis sunt Ma-
nus Epi, proxima ẽt manuum Epi impositio, Fo-
ma vō partialis: Accipe Spiritum S. ad robur et
resistendum diabolo, et tentationibus ejus in Nom-
ne Dni. Altera materia partialis remota ẽt
Liber Evangeliorū, proxima Libri Evangeliorū tra-
ditio, et acceptatio, Forma vō: Accipe potestatem
legendi Evangelium in Ecclesia Dei tam pro vivis,
quam pro Defunctis in Nomine Dni. 3o Materiam
Presbyteratus sactum Calicis cum Vino saltem mix-
tam, et Patenæ cum hostia immediatam multi
asserunt. Interim melius impositio manuum.
Nota. Tres esse impositiones manuum primam
ante Litanias, absq forma, seu fiam. Secundam
dum Epus, cum manuum impositione Oratio
nem, seu formam ordinis profert, ubi et Cara-
cther Sacerdotalis confertur, et Sacerdotes manus
suas super ordinandos extendunt. Tertia circa finem
Missæ, ubi, et cum forma: Accipite Spiritum S. quo-
remiseritis peccata &c. Goltzius Clavium confert,
quare si quid horum intermissum fuisset, cauta le-
teranduṁ. Ad 2dam manuum impositio ẽt materia ne-
cessaria Ordinis Presbyteratus ad Caracthere,
et tertia ad potestatem Clavium.

Ho

4º Episcopatus materia remota essentialis sunt manus trium Episcoporum, proxima impositio manuum a tribus Episcopis, & saltem unius cum dispensatione Papæ; quia ita docet praxis Ecclesiæ, et forma: Accipe Spiritum Sanctum, &c. Integralis vero Unctio capitis, et manuum cum Traditione baculi, anuli, et libri Evangeliorum, et forma sunt verba correspondentia, Tournely.

Quæritur 5º quisnam sit Minister Ordinum?

Dico. Solus Episcopus est Minister Ordinarius Sacramenti Ordinis, quia ita in Concilio Flor. et Trid. Sess. 23. Can. 7.; vi definitum. Colet tamen simplex Sacerdos cum Commissione Papæ esse Minister extraordinarius, et conferre primam Tonsuram, et Quatuor Minores; quia etiam ita declaravit Conc. Trid. Sess. 23. Cap. de Abbatibus quoad sibi Subditos: Non vero Majores Ordines; quia ita docet Traditio, ac praxis Ecclesiæ; et ad Consecrationem Episcopi tres requiruntur Episcopi, non quidem Necessitate Sacramenti, sed præcepti, quia hunc Numerum requirunt SS. Canones ac praxis Ecclesiæ. Ordinatio juxta Conc. Trid. Sess. 23. Cap. 8.; sub pœna suspensionis Ordinantis a collatione ordinum per annum, et ordinati ad Arbitrium proprii Episcopi fieri debet a proprio Episcopo, vi Originis, in cujus Diœcesi quis natus est, vel beneficii, in cujus Diœcesi beneficium obtinuit, sive Residentiam populet, sive non; vi domicilii, in cujus Diœcesi quis commoratur cum proposito eidem perpetuo manendi; et in Gallia ex Speciali statuto Cleri Gallicani 1655. a solo Episcopo Originis, Contas; et Regulares deben ordinari a Suo Superiore, in cujus Diœcesi situm Monasterium, Thom. et Cham. et alii. Literas dimissoriales concedere potest Episcopus suis Subditis ex justa Causa, et examinatis, Trid. Sess. 23. Cap. 3. de Reformati.

2º

2º Capitulum Sede vacante anno elapso a die vacante, nisi eas postulans beneficii ecclesiastici receptis, ꝰ recipiendi occasione acceptatis, Conc. Trid. Ss. 7. Cap. 12. 3º Prælati Regulares ad Episcopum Diœcesanum, non vō ad alium dare possunt dimissoriales, nisi diœcesanus esset absens, ꝰ non daturus Ordines, quæ causa in eis examinanda debet, Pontas; modo non de industria dimissorias distulerint in id tempus, quo proprius Episcopus non sit habiturus ordinationem, Clem. VIII; secus, pœnam privationis officii, et dignitatis, ac vocis activæ, et passivæ incurrunt. Dimissoriæ non extinguuntur morte Concedentis; quia est gratia, sed revocatione Concedentis, ꝰ Successoris, Thumel.

Quæritur 6º Quodnam sit Subjectum capax Ordinum, et quæ in eo requirantur dispositiones? Dico. Subjectum capax Ordinum est via ordinaria homo viator, in quo ad validitatem requiritur, 1º ut sit Masculus. 2º Baptizatus, 3º Aliquamtenus in adulto, ut non sit absolute invitus: ad dignitatem vō 1º Vocatio Dei. 2º Status gratiæ. 3º Confirmatio, et Prima Tonsura. 4º Requiritur sub pœna privationis exercitii Ordinis jam suscepti, titulus Congruæ Sustentationis sive ex beneficio, sive ex Patrimonio, sive ex Pensione, exceptis Religiosis, quibus sufficit titulus Paupertatis. 5º Ætas legitima, quæ pro Prima Tonsura, et tribus Minoribus est Septennium; pro Acolytatu Annus duodecimus completus; pro Subdiaconatu 22us; pro Diaconatu 23us, pro Presbyteratu 25us, omnes inceptj; Conc. Trid. Ss. 23. Cap. 12. pro Episcopatu 30us Completus, et in Gallia 28us inceptus, Pontas.

6º Tempus statutum, pro Ordinatione vi Delicet ad Ordines Majores jure communi sub pœna

Suspensionis

suspensionis ab executione Ordinum in Sabbatis quatuor Temporum in Sabato ante Dnicam Passionis, in Sabatto Sancto, et ad justa causa in Dnica seqventi, qvalis est, si non omnes possent expediri in Sabatto, modo jejunium continuet ab Ordinante, et Ordinandis, P. Serv.; et extra tempora possunt ordinari dispensati, vel privilegiati si placuerit Episcopis, ut sunt Regulares praecipue Fratres Minores, Greg. XIV. Clem. VIII. Paul. V.; et Ordines minores qvavis die Dominica vel festiva dari possunt, et ad justa causa in jejunio qvatuor Temporum etiam cum Subdiaconatu bona fide et Legitima Consvetudine, Vasq. et alii; Non vero duo Majores, ut Subdiaconatus, et Diaconatus eadem die sub poena suspensionis suscipientis, ac conferentis, P. Paul. Lugd. G. Serv.; Et Tonsura qvavis die: Episcopatus vero non nisi die Dominica, P. Serv.; et Ordines, etiam Minores, cum jejunio conferri debent, Conc. Trid. Cit. Cap. 8.; et ab reverentiam illor in Missa, P. Serv.; possunt tamen etiam conferri extra Missam, adhibita Stola supra Rochetum, Catech. ad Ord.

7e Observatio interstitior a susceptione Minor. et inter Majores unius Anni, Conc. Trid. Cit. Cap. 11.; Nec. Anni Ecclesiastici, qui desumitur ab uno tempore Sancto, vel festo ad idem alterius anni, licet prius cadat, Contas.

8e Ordinata Susceptio, et non saltum suscipiendo superiorem ante inferiorem sub poena suspensionis ordinis susceptis, in Jure.

9e Immunitas ab omni Irregularitate.

10. Scientia sufficiens ad usum cujuscumq Ordinis, videlicet, Pro Prima Tonsura Rudimenta Fidei, et Saltem posse legere, et Scribere; Pro Minoribus Lingva latina; Pro Subdiaconatu,

et

et Diaconatu, quæ ad istos Ordines pertinent, pro Sacerdotio, ut Populum docere possit necessaria ad salutem, et administrare Sacramenta. Minor in Regularibus, quam in Secularibus; quia eos ex Societate, et continuo usu, ac studio in literis magis profecturos præsumitur, Secularis. IIIe Testimonium Mortem. IVe Animus clericandi.

Quæritur 1o Quinam sint effectus Ordinis, ac cujuslibet Functiones?

Dico. Effectus Ordinis præcipue sunt quinque, videlicet 1o Gratiæ sanctificantis augmentum, et si accidens prima gratia, vide de Sacramentis. 2o Gratia Sacramentalis, quæ est ipsa habitualis habens annexum jus ad gratias actuales necessarias ad Officia cujuslibet Ordinis propria rite peragenda, et potestatem Spiritualem, quæ tamen cum illa non amittitur, quia fundatur in Characthere. 3o Character indelebilis in quolibet ordine impressus, et ex omnibus totalem perficiens; ita tamen, ut Character partialis impressus in Presbyteratu cum potestate absolvendi essentialiter præsupponat illum cum potestate consecrandi, et Character Episcopatus illum Presbyteratus, non autem ita alii Characteres a se dependent. IIo Jus ad quasdam functiones, seu officia videlicet, ut Ostiarii, servare claves templi, arcere indignos, percutere cymbalum, et campanam, claudere, et aperire Ecclesiam Sacrarium, et librum ei, qui prædicat. Lectoris, legere, quæ pertinent ad institutionem, cantare lectiones, benedicere panes, et novos fructus. Exorcistæ, jurare dæmones, et infundere aquam in Ministerium Baptismi.

Acolythi

Acolythi, Cereferarium ferre, luminaria Ecclesiæ accendere, vinum, et aquam ad Eucharistiam ministrare. Subdiaconi, proxime ministrare Diacono et Calicem vacuum cum patena deferre, et tradere Diacono, cantare solemniter Epistolam, ablutiones corporalia, et pallas, et Diaconi immediate assistere, et ministrare celebranti, solemniter in Missa cantare Evangelium, et commissione Epi, v. Parochi solemniter in necessitate baptizare, et cum eadem licentia ac necessitate, Eucharistiam dispensare, cum licentia Epi prædicare, colligere oblationes, et proventus Ecclesiæ administrare, reconciliare publicos pœnitentes absente Epo, et pauperum curam gerere. Sacerdotis videre et consecrare Eucharistiam, a peccatis absolvere, ac alia administrare sacramenta excepto ordine, et confirmatione, dona Dei benedicere, ad Deum preces fundere, prædicare Verbum Dei, et docere populum si Epus permittat. Episcopi Clericos ordinare, Virgines benedicere, Ecclesias dedicare, Clericos deponere, Chrisma conficere, Vestes, et Vasa consecrare, Chrismate ungere, excommunicare, infendicere, suspendere a sacris. Et Archiepiscopi, et Primatis, insuper Episcopis sub Provincia præsidere, punire, non tamen deponere, quod Papæ reservatur. Serv.

Quædam obligationes, videlicet in Matutinis dicendi officium divinum, psallendi habitum Clericalem cum tonsura, et in Minoribus saltem si habeant beneficium, abstinendi a quibusdam officiis, et actibus, ut Medici, Chyrurgi, Judicis in causa sanguinis, advocati,

Nisi in causa miserabilium, non portare arma nisi in itinere, nec tabernas frequentare potationis causa, nec vacare vertationi, amorosæ, mercaturæ, negotiationi &c. de ipsos lucri causa, nec ludere aleæ, et Denig servare castitatem jure Ecclesiastico, et voto implicito et ordinatione Ecclesiæ iuris Ordinibus amneto, Bassæus, Belluacen. quia si esset ei sola lege Ecclesiæ posset papa absq causa valide in ea dispensare, ut mala Ecclesiæ legibus.

Finis hujus Tractatus Dei Laudis.

TRACTATUS VI.

DE Matrimonio.

Hic Tractatus Continet Tres Quæstiones, videlicet 1m de Sponsalibus, et Denunciationibus. 2m De Essentia, et Existentia Matrimonii. 3m De Impedimentis Matrimonium Impedientibus, et dirimentibus.

Quæstio Prima.

De Sponsalibus, et Denunciationibus.

Quæritur 1o Quid, et quotuplicia sint Sponsalia?

Resp. 1o Sponsalia sunt futuri Matrimonii promissio mutua, signo sensibus expressa. Alia sunt absoluta, quæ sine Conditione contrahuntur. Ibi. 1o Nuda promissio. 2o Datis Arrhis, Cautionibus, et pecunia. 3o Annuli sub Arrhatione. 4o Interveniente juramento. Alia sunt Conditionata, quæ sub Conditione contrahuntur, videlicet 1o Sub licita, ac honesta, vel illicita, et turpi. 2o Contra, vel non contra bonum Matrimonii. 3o Sub Conditione necessaria. 4o Sub Impossibili. 5o Sub pœnali de furto, et certa summa solvendâ ab eo, qui injuste resilit. vel sub Pœnali de præsenti, et traditione Annuli, vel certæ Summæ pecuniæ, ut remaneat accipienti, si tradens resiliat; vel restituatur, et simul æquivalens, vel duplum, si accipiens resiliat; et vocatur in Jure Arrha. Alia qualificata

Quæritur 2o

2. Quæritur 1o quot ad Sponsalia valida requirantur Conditiones?

Conditiones Sponsaliorum.

Atas, Sitg liber Consensus, Veniæ utring.
Externus, Mutuus quisquis Sponsalia necte.

Dico. Ut Sponsalia sint valida septem debent habere conditiones, videlicet 1o Debent esse promissivo vera; quia ficta, & solum propositum obligant. 2o Debent esse libera; quia vi, & metu gravi; & etiam reverentiali extorta sunt ipso jure, ut Matrimonium, invalida. 3o Debent esse mutua; quia est contractus onerosus, ac proinde requirit. 4o Acceptata; quia promissio non acceptata non obligat. 5o Signo externo manifestata; quia si non sit externa, non potest acceptari. 6o Inter personas ad contrahendum jure habiles, nullumq impedimentum dirimens habentes; quia esset alias injusta, ac invalida. 7o Ut servantur Cujusque Diœcesis Consuetudines, vim legis habentes saltem pro licitate, P. Serv.

Fl. I. N. C. Sponsalia non sunt valida 1o Pueritiæ: Statuo, te in uxorem ducere; quia est solum propositum; & dicenti; non ducam aliam, quam te; quia potest nullam ducere. 2o Jocose, & animo se non obligandi, & non promittendi, Contracta; quia non sunt vera, etiam si juramento essent firmata; quia juramentum non mutat Naturam Contractus; tenetur tamen reparare Scandalum, & damnum inde secutum, et in foro externo tenetur ad contrahendum, nisi fictionem probet; etiam in foro interno, si sub ficta promissione usum corporis obtinuerit; quia ipsa conditionem onerosam implevit,

et

et jus in poenam peccati ita statuit. Vide D. Thom. 6. Vogl. 5. Navar. 2. Sanch. Num 4.; Nisi ob disparitatem conditionis, divitiar, et ex aliis conjecturis fictionem advertere potuerit, Sanch. et alii; in dubio juxta communem sensum verbor dicendum, etiam illis etiam dubiis stat promissio pro libertate, Bonac.

3° Sine plena advertentia, et deliberatione facta, vi aut metu gravi, vel etiam reverentiali, quae cum minus rigida tractationis contracta; quia promissio non est libera; et metu vel levi injusto in hunc finem incusso, licet ipso facto non sint irrita, possunt tamen irritari ad rutem injuriam passi, Billuart; et his tamen oritur impedimentum publicae honestatis, non vi ex prioribus; quia priora sunt ipso jure invalida.

4° Facta sine acceptatione, vel cum acceptatione, sed sine repromissione; quia non sunt mutua; tenetur tamen promittens eam dueere vi promissionis acceptatae gratuito, et independenter a repromissione facta; secus, si non fuerit acceptata, quia promissio non acceptata non obligat; nec non fuisset gratuita, sed respectiva ad alterius repromissionem, quia tunc potest revocare promissionem, et in neutro casu contrahit impedimentum publicae honestatis; quia non nisi ex sponsalibus validis oritur.

5° Sunt invalide contracta a parentibus pro infantibus illa ignorantibus, vel absentibus, nisi ipsis postea tacite, vel expresse ratificantibus, vel subsistant in eorum praesentia a parentibus contracta ipsis non contradicentibus; quia jura ita statuunt, cum sint de re ipsis naturaliter appetibili, et utpote contracta a parentibus ipsos amantibus, censentur in ipsorum favorem; secus si abeuntes eo contraherentur, Bonac. et Communior.;

quia cum extranei non ut propinqui parentes, & tutores eos amare soleant, possent iniusta esse onerosa; nec valerent saltem in foro interno, si interne non consensissent; quia deest conditio essentialis; nec aparentibus ante septennium propriis contracta, nisi ea post usum rationis expresse, vel tacite approbassent; non reclamando post debitam datem, cognito contractu Sponsalitio, et habita libertate reclamandi; S. Thomas.

6a Sunt invalide contracta ante septennium, in Iure Cap. litteras et Cap. Infantes; etiamsi usum rationis ante septennium habuissent, P. Gen. et Com.; nisi parum distet a septennio, S. Thom. quia quod deest, inquit, quasi nihil deesse videtur, quod aliqui ad spatium sex mensium extendunt apud Billuart; vel post septennium Contracta, sed ante usum rationis alias ad mortale sufficientis; possuntq contrahentes ante pubertatem post annos pubertatis resilire; quia iura ita statuunt.

7a Sponsalia sunt invalida, contracta cum impedimento dirimente, ut Consanguinitatis, etiam si sub Conditione dispensationis obtinende, ante conditionis eventum, vel etiam si juramento firmata essent, vel Sponsa impregnata; valere tamen incipiunt, et impedimentum publicae honestatis inducunt, obtenta dispensatione, etiam sine novo consensu, perseverante saltem virtualiter eadem voluntate, Billuart; quia perinde est, ac si tunc primo poneretur consensus, et hoc modo etiam alii contractus convalescere solent; censetur autem perseverare virtualiter eadem voluntas, quamdiu non revocatur:

non

Non perseverante autem eadem voluntate, non valent sponsalia, etiam obtenta dispensatione, nisi novus consensus accedat, ad quem quidem pars dissentiens tenetur; quia cum contrahentes se mutuo consensu ad expectandum eventum conditionis, vel dispensationis, obligaverint, illicite illum dissentiendo revocavit, etiamsi non expresse promiserit procurare dispensationem; quia cujus, quod sincere contravenit, etiam ad requisita ad valorem contractus se obligasse censetur, modo impedimentum non ignoraverit, et illud ignorasse, pro foro externo probare possit; tunc enim cum ignorare dixit impedimentum, nec illius dispensationem voluisse presumitur; quia nihil volitum, nisi precognitum.

8vo Nec sunt valida post emissum votum simplex castitatis, vel Religionis, aut Ordinis contracta, C. Trev.; quia omnis simplex promissio rei illicitæ est nulla, Tamb. ibidem; sunt tamen valida Clandestine contracta sine prædentia Parochi, ac testium, et impedimentum publicæ honestatis causant, Billuart; quia Conc. Trid. nihil circa sponsalia innovavit: non vâlent ubi nulla, ubi mos viget vim legis habens, ultima facie Ecclesiæ contrahantur; antea tamen Clandestine contracta non sunt mortaliter mala Bill.; quia fere ordinarie, et sine reprehensione antea fieri solent; Matrimonium tamen clandestinum nullum non habet vim sponsalium, S. Congr. Card.; Bene autem Matrimonium impuberum in forma Concilii Trid. Contractum; quia etiam si sit nullum, vim habet sponsalium, et impedimentum publicæ honestatis inducit ex speciali juris dispensatione, Cap. finali de Sponsimpub.

et S.

el S. Congr. Card. Conc. Trid. apud Billuart; nisi ante pubertatem essent habiles ad copulam; quia tunc subsistit Matrimonium, et malitia supplet ætatem, ibidem.

3. advenitur 3° quomodo valeant Sponsalia conditionata? Dico. Sponsalia conditionata 1e sub conditione necessarii, vel de præsenti verificata, vel impossibili, statim sunt valida, Bonac. Sanch.; quia verificata conditione, transeunt in absoluta, et conditio necessarii vel impossibilis est ac dispositione juris quasi non apposita, Cap. el in de condit. modo contrahens non suspendat consensum. 2e sub conditione honesta possibili, aut indifferenti de futuro, suspenduntur usq ad conditionis eventum, et tunc; impleta conditione, statim sunt valida sine novo consensu, modo prior consensus non fuerit interim revocatus; quia consensus non revocatus virtualiter adhuc datur. 3e sub conditione turpi, si sit contra substantiam, vel bonum Matrimonii, sunt invalida; quia sunt contra mentem Ecclesiæ, Cap. finali de condit. Apposit.; et contra institutionem Matrimonii: sub conditione vel turpi, sed non contra substantiam Matrimonii sub valide in foro esse ent, S. Thom. apud Bill. Tourn. et alii; quia conditio in jure habetur pro non apposita, Cap. Coniung. et Cap. fin. de condit.; non tamen in foro interno, ibid.; quia deest consensus, ut supponit; nec potest conditio illicita impleri; impleta tamen conditione turpi consurgit obligatio servandi Sponsalia, etiam in Conscientia, Thom. et Cham. Bill.; quia tunc sine peccato servari possunt, et ita docet Praxis Ecclesiæ, deflorator tam compellentis ad ducendam puellam sub promissione Matrimonii defloratam.

4°

1ª Sponsalia sub conditione poenæ, vel de præsenti, vel de futuro ab injuste resiliente solvendæ licite, ac valide contrahuntur, ac in utroq. foro obligant ad poenam; quia injuste resiliens alteri injuriam facit, et poena digne est. Poena vo indistincte solvenda, sive aliqui juste, sive injuste resiliat, illicite, ac invalide apponitur; quia in jure prohibetur; libertatem Matrimonii minuit, et resiliens injuste punitur absq. culpa; non obligat in conscientia juste resilientem, etiamsi juramento fuisset confirmata; quia juramentum non est vinculum iniquitatis.

ff. 9. NC. 1ª Sponsalia stricte sunt valida, 1ª sub conditione, si sit dives, si revera sit dives; quia est verificata. 2ª sub conditione, si post mensem solvatur, vel Antichristus post Annum nascatur, vel si Virgo B. Gen.; vel si parentibus de Centum aureos furto auferat, usum corporis concedat, Tourn. Bill.; quia istæ conditiones impossibiles vel necessariæ adhuc turpes, quæ non sunt contra substantiam Matrimonii, in jure habentur pro non appositis. Non tamen valent in foro interno, si contrahens interne non nisi sub his consentiat; quia tunc vel ficta est promissio, vel usq. ad conditionis eventum sponsalia suspendendus est. Conditione impleta etiam illicita, obligant, Thom. et Charm; quia nihil illæ implectionem impedit, et ita in praxi receptum est.

H. NC. 2ª Sponsalia sunt nulla, 1ª sub conditione, si Deus velit, saltem in foro interno; quia cum tali non possibilis, consetur promissio ficta. 2ª sub conditione, si sterilitatem mendicamento producat, vel castitatem perpetuam sine jure usus corporis, servet; quia in utroq. casu est contra substantiam, vel bona Matrimonii; licet enim usus corporis non sit de essentia Matrimonii, jus tamen usus est de illius substantia; valeret tamen cum conditione castitatis perpetuæ concesso jure corporis; quia tale B. Virginis fuisse, fide creditur; quia concessio juris, non vo usus est de Matrimonii essentia.

Fine

A.N.C. 3º Juste resiliens non tenetur: 1º Solvere ipse nam resilienti impositam, et soluta, ꝛ in Conditione Sponsalitio tradita, ut Arrha, ꝛ annulus, aut certa pecunie summa debet juste resilienti restitui, quia non est culpabilis; nisi juste resiliens, sciens se non obligari, solveret, ꝛ Arrham concederet; quia tunc censetur non vi promissionis, sed gratuito dare. 2º Injuste resiliens perdit arrhas suas, et tenetur restituere arrhas alteri parti, impensas, ac damna reparare, et solvere poenam, si aliqua defuturo fuerit imposita; quia alteri facit injuriam, ꝛ tenetur contractum servare.

4º Queritur 4ª quando sint Sponsalium effectus?

Dico. Quatuor sunt Sponsalium effectus, videlicet 1º Gravis contrahendi Matrimonium obligatio praefixo, ꝛ primo opportuno tempore, una parte exigente, ꝛ implicite exigente; quia est contractus onerosus in materia gravi sub mortali obligans tempore praefixo, ꝛ primo opportuno, si nullum fuerit praefixum, Reg. Jur. 14. 2º Impedimentum publicae honestatis in primo Consanguinitatis gradu et validis solum Sponsalibus, orienti; quia ita Conc: Trid. ff. 24. de Matrim Cap. 3. instituit. 3º Nova obligatio servandi castitatem cum alio P. Serv; quia contrahentes ff. Sponsalia acquirunt jus ad rem, et se obligant non tradendi jus Corporis alteri; quae obligatio est justitiae. 4º Audente conjunctione affectu maritali, ubi Conc. Trid. non est acceptatum, transeunt in Matrimonium, non quidem praecise vi Sponsalium; sed quia consensus de praesenti Maritalis censetur Consensus matrimonialis.

A.N.C. 1º Graviter peccat, Contractis Sponsalibus injuste resiliens, ꝛ Matrimonium notabiliter ultra tempus praefixum, ꝛ opportunum differens;

quia

quia gravem Comparti facit injuriam: non potest tamen cogi a Judice Seculari ad contrahendum, ut declaravit Senatus Parisiensis 1645, bene autem fi censuras ab Ecclesiastico, Alexand III.; raro tamen, ob periculum rixæ, contentionum, inimicitiarum, et vitæ amarissimæ in Matrimonio coacto futuræ, Tournely.

2o Contractis valide, et absolute Sponsalibus, etiam privatim, et occulte, Sponsus non potest valide inter Matrimonium cum Sorore, vel Matre Sponsæ, nec Sponsa cum Fratre, vel Patre Sponsi; bene autem Sponsus cum vidua Fratris Sponsæ; quia vidua non est affinis Sponsi, Soror vero, et Mater Sponsæ sunt in primo gradu Sponsi affines; etiam si Sponsalia fuissent dissoluta morte, vel mutuo consensu, Declar. Card. Sub Alexan VII.; vel si post annos pubertatis resiliant. Bene autem valide contrahent post Sponsalia conditionata ante conditionis eventum dissoluta, vel a Parentibus ante septennium pro infantibus contracta, et post annos discretionis non ratificata; quia in neutro casu adhuc fuerunt valida. Contentur autem ratificata, saltem tacite, si, indicata ipsis potestate resiliendi, non reclament, S. Thomas.

3o Post Sponsalia cum altero peccans, præter peccatum luxuriæ, videtur committere aliud injustitiæ, ad Speciem adulterii imperfecti reducibile, quia alteri tribuit jus Sponsæ, et justitia vi promissionis debitum. Bill.; Sponsa saltem hanc circumstantiam in confessionali aperire tenetur, Lugo, P. Serv., quid Sponsus gravius inde omnes, ac majorem patitur injuriam, quam Sponsa, si ipse peccaret cum alia, ibidem. 4o Contractis Sponsalibus, affectu maritali cognoscens Sponsam, non potest amplius resilire qualunque de causa, ubi non urget Concilium; quia venum inde consurgit Matrimonium habet. 5o Vel modis Sponsalia dissolvantur 5.

Solvuntur

Solvuntur Sponsalia.

Si mora, ꝑ mutuo, discessus vota, ligamen.
Foedifragus varians, tactus Sponsalia Solvunt.

Dico. Sponsalia octo praecipue Solvuntur modis, etiam si juramento fuissent firmata; quia accessorium sequitur principale, videlicet 1ᵐ Mutuo, ac libero consensu. 2ᵐ Per Sacri Ordinis Susceptionem, Joan. et alii et Cap. unico. 3ᵐ Per Ingressum Religionis, quoad partem in seculo manentem; quia ingrediens censetur cedere juri suo; ꝑ ff. subsequens Solum Simplex Castitatis, Religionis, ꝑ Ordinis, quoad partem non votentem; quia vovens censetur remittere promissionem. 4ᵐ Per subsequens Matrimonium cum altera, licet graviter peccet, Cap. 1. de Sponsal. 5ᵐ Per Superveniens impedimentum dirimens, ut affinitatis, ꝑ cognationis Spiritualis ex baptismo, ꝑ Confirmatione; quia tunc res promissa fit illicita; ac moraliter impossibilis. 6ᵐ Per fornicationem Sponsi, ꝑ Sponsae. Cap. Quemadmodum. 7ᵐ Mutatio notabilis circa bona corporis, ꝑ animi, aut circa bona temporalia, Sponsalibus Superveniens; quae si fuisset praesens cognita, ꝑ praevisa, Sponsalia prudenti judicio non fuissent contracta, S. Thom.; quia Sponsalia sicut omnes alii Contractus intelliguntur rebus, ita, et in eodem statu manentibus. 8ᵐ Per diuturnam alterius absentiam, ꝑ ff. lapsum temporis pro Matrimonio contrahendo praefixi; quia prudenti judicio censetur resilire.

N.N.N. Dissolvuntur Sponsalia, 1ᵐ Libere consentiente Compage, ꝑ resiliente, adepto Annis pubertatis, etiam altera parte dissentiente, ꝑ annis pubertatis ab altero nondum adeptis:

non

Non tamen possunt resilire, elapso triduo post puber
talem, vel habita cum comparte copula, & sic stabit jura
mento firmata, nisi mutuo consensu quia jura illa sta
tuunt; nec ante annos pubertatis etiam mutuo
consensu; quia jura prohibent, Cap. a nobis; cum vō
contrahentes pubes, et impubes, hic adepta puberta
te pro nutu potest resilire, non vō alter, nisi mutuo
consensu; quia impuberis privilegio jure non gaudet;
nec valeret dissolutio, vi, vel metu lata, bene autem
ex metu parentum, vel ob asperitatem sponsi remis
sa, G. Serv. Bonac.; quia non est in hunc finem incussus.

2o Uno sponsorum ingrediente Religionem, potest in
seculo permanens resilire, et nubere alteri, etiam
ante professionem, vel expectare illius egressum,
et egredientis tenetur ei nubere requirenti; quia ob
ingressum Religionis dissolvuntur sponsalia et
parte duntaxat in seculo manentis, non vō Reli
gionem ingressi, sed solum post professionem legi
time factam, nisi eam impleverit cum gravi com
partis reclamantis damno, non nisi ob Matri
monium reparabile, ut si ab eo post sponsalia
cum infamia fuisset violata, vel impregnata; tunc
enim votum esset de re illicita, et parti laesae in
juriosa, ac proinde invalidum, quia votum non est
vinculum injustitiae.

3o Emittente uno sponsorum votum castitatis,
vel Religionis, aut Ordinis, potest altera mutare
statum, ac nubere alteri, G. Serv.; et alii; quia vo
vens censetur remittere promissionem; vovens
tamen, exigente comparte, tenetur ei nubere,
et servare votum, in quantum potest sine com
partis praejudicio, videlicet, Vovens castita
tem reddendo, non vō petendo debitum, et
soluto Matrimonio, servando castitatem; Vovens
vō Religionem, vel Ordines, exigente comparte,

contracto

Contracto Matrimonio potest petere, et reddere, quia nondum vovit Castitatem: Soluto tamen Matrimonio, tenetur adhuc ingredi Religionem, vel suscipere Ordines; quia manet obligatio Voti, in quantum nullum præjudicium affert; P. Professionem vō dissolvitur ex utraq; parte; quia est mors spiritualis.

2ª Contracto cum alia Matrimonio, sed primo itterum soluto, debet hinc cum priori Sponsa Matrimonium ei ante promissum, Bill.; Et alii contra alios; quia vinculum subsequens, cum non sit perpetuum, Sponsalia cum alia contracta non omnino extinguit, se suspendit ex parte Contrahentis, licet extinguat ex parte relicti; quia nubens cessit juri suo. Non vō solvuntur Sponsalia priora P. posteriora, etiam si essent firmata juramento, vel Sponsa prior fuisset ignara; quia posteriora sunt de re illicita alteri debita, ac proinde inualida, etiam si secuta esset copula, nisi fuisset facta affectu maritali, ubi non viget Com: Sviz; quia tunc transeunt in Matrimonium; si tamen secunda prior ignara pateretur damnum, non nisi P. Matrimonium reparabile, puta, quia ex ea vida, deberet ducere secundam; quia obligatio reparandi damnum injuste passum, prævalet obligationi promissionis Primæ Sponsæ, quæ nullum, vel leve damnum patiens, eam ex Charitate relaxare tenetur, Sonet. C. Servasius.

3ª Dissolvuntur Sponsalia peccante Sponso cum sorore, vel Matre Sponsæ, vel baptizante Sponso, vel baptizmo levante infantem Sponsæ; quia contrahit affinitatem cum Sponsa: exigente tamen parte innocente, tenetur petere dispensationem, etiam si majus forè deberet impendi, Lamb. et alii; quia jus innocentis id exigere videtur.

6ª

6º Fornicante Sponso, v̄ Sponsa, etiam si vi fuerit oppressa; quia fit notabiliter vilior; v̄ si uterq; fornicetur, potest resilire Sponsus, non v̄ Sponsa; quia crimen Sponsæ est longe grauius, et majorem Sponso inferens infamiam: exigebat tamen pars innocens, fornicans teneatur stare promissis.

7º Superveniente notabili deformitate, infirmitate, morbo contagioso, epilepsia, paralisi, mutilatione, uti est abscissio nasi, orbitas oculi, lepra, et Cap. Veniamus dum; v̄ superveniente infamia ex crimine proprio, parentum, propinquorum, gravibus inimicitiis inter utriusq; familiam, v̄ sponsi ortus, asperitate v̄ sævitia, hæresi ob periculum perversionis in se, v̄ in prole, paupertate, v̄ divitiis notabilibus inopinate obtentis; quia in prædictis casibus prævisis judicio prudentum non contracta fuissent Sponsalia. v̄ si Sponsus cognoscat, Sponsam esse corruptam, quam credebat Virginem; pauperem, ac debilis gravatam, quam credebat divitem; ignobilem, quam credebat nobilem; illegitimam, quam credebat legitimam, et vicissim, excepta fornicatione antecedente; quia ob antecedentem potest resilire Sponsus; non Sponsa; quia Sponsa filiior non Sponsus, nisi nata esset prole ex Sponsi fornicatione expendis familiæ nutrienda; quia inde nec timendæ, de onus improvisum; v̄ si fornicatio esset subsecuta; quia simul fregit fidem; ratio prædictor est; quia res censentur mutatæ respectu ignorantis, lib. 5. de spons.; et si prædictæ mutationes fuissent cognitæ virum prudentem ejusdem conditionis retraxissent a Sponsalibus, modo causam contractui dederint, licet si tamen contraxisset; v̄ prædicta

Vel prædicta scivisset; quia licet sit dispar conditio, et longe nobilior comparte, tenetur stare promissis, nisi dalia ratione, ob scandala, jurgia, dissensiones inter sponsos, parentes, et consanguineos secutura, dissolvantur, Billuart; unde habens defectus occultos comparti probrosos, v. g. damnosos, reddentes matrimonium odiosum, tenetur etiam non interrogatus illos manifestare, secus si non reddant injuriosum alteri, nisi interrogetur, v. g. si esset defectus infamans, ut copula occulta in sponsa, quia licet non posset eam negare, posset tamen eam dissimulare, Billuart.

8º Nolente comparte contrahere tempore præfixo, Cap. sicut de sponsi.; quia contrahentes censentur, noluisse diutius obligari ad expectandum, nisi una pars esset legitime impedita; quia legitime impedita tempus non cumit, in Jure Cap. via de Conc: præb; v. g. si nullum sit præfixum, oblata commoda opportunitate contrahendi, ter, v. g. valet requisita, contrahere recusante; nulla allegata causa dilationis sufficiente; quia tunc censetur moraliter cedere juri suo: v. g. comparte longo tempore absente sine consensu alterius; juxta jus civile tamen expectari debet 5. biennium, si intra provinciam fuerit, et si extra, 5. triennium, Leg. 2. Cod. de repud.; in jure tamen canonico sufficit brevius, Alexand III. Cap. de illis; si urgeat grave damnum, v. g. periculum incontinentiæ; quia sine consensu comparte discedens, v. g. diu absens, voluntatem mutasse censetur; in dubio autem, v. g. si causa dissolutionis non sit manifesta, sponsalia autem publica, adjudicium Ecclesiæ recurrendum; quia securitas conscientiæ, si populi ædificatio id exigit. Secus, si sponsalia sint occulta, v. g. causa notoria, v. g. crimen occultum, quod probari nequit; quia tum possunt privatim dissolvi, nisi essent scandalum, v. g. comparti publicæ urgeret ad contrahendum, tunc enim, suppresso crimine, acquiescere debet; quia crimen, quod probari nequit, injuste manifestatur. Billuart.

Locavit 6z

Quæritur 6ᵉ Quomodo Sponsalia, ac proclamationes Matrimonio præmitti debeant, et quibusnam ex Causis dispensari possint proclamationes?

Resp. Græcol. Proclamatio est publica futuri Matrimonii inter certas Personas denunciatio, in qua debet exprimi, 1ᵒ. Nomen, Cognomen, Pater, Mater, etiam si essent Mortui, facta mentione, Conditio, Parochia contrahere volentium; et si unus dispensandus, vel uterq; sit viduus, debet exprimi cum Nomine, et Cognomine defuncti Conjugis. 2ᵒ Quælibet sit denunciatio, prima, 2ª Secunda, et, et dispensatio unius vel plurium. 3ᵒ Ut fiat sine fame lesione, vel ortus illegitimi appositione, vel Matrimonii antea illegitimi declaratione, Rit. Argentinense. Hoc notate.

Dico. Matrimonio præmitti debent, 1ᵒ Sponsalia non quidem necessario, et firmum sit Matrimonium, Tourn.; quia nulla lege saltem communi illos necessitas astruitur, sed pius, ac laudabilis est illos usus. 2ᵒ Proclamationes necessitate præcepti, non medii; quia Concilia Lat. et Trid. Sess. 24. Cap. 1. de reformat.; illas præcipiunt, ac nullum Matrimonium ob illarum defectum irritatur; et debent fieri 1ᵒ a proprio Contrahentium Parocho, qui in Gallia est, in cujus Parochia per sex menses commorantur, si eædem Dioceses, et est annum, si diversæ veneint, Edict. Reg. Ann 1697.; et in Parochia parentum, Edict. Civ. 2ᵒ Debent fieri in Ecclesia intra Missam Solemnia, Conc: Trid. Sess. 24. Cap. 1. de reform. tribus diebus Dominicis vel festivis continuis, Conc: Trid. Lit.; et in festis de præcepto servandis, Ex Paul Lugd.; quia alias impedimenta scientes possent abesse, ac illud Matrimonium futurum ignorare: non tamen in tribus immediatis, sed cum competenti temporis intervallo, Conc: Lat. et Edict Reg Bleffebut, Sinutet in lex ultimam, et Matrimonii celebrationem, juxta cujusq; Statuta Diœcesis, Thom et Cham.; quia unus tempus pro impedimentis dirigendis non est sufficiens;

non

A.

Infra Scriptus testor Nobilem ac Optimæ Expectationis Adolescentem Adalbertum Kédves de Cik Magyaras Pedestri Ordini Militari Conscriptum ea cum Sedulitate Solertia ac Morum integritate in Gymnasio nostro Regio Cik Somlyóviensi Literarum Latinarum operam dedisse et ad Primam Progressionis Literariæ Classem prae Meritissimo relatus fuerit et Publico fundationis Beneficio potitus in Numerum Alumnorum Seminarii hujusce adscribi promeritus sit. Dignusque proinde censeatur cui ad altiora quoque Literarum Studia et Media Grammatices Classe Secundum Altissimas Ordinationes Regias liber pateat aditus. In quorum fidem has eidem patentes proprio Manu Subscriptas ac Sigillo usuali munitas dedi Testimoniales Anno 1801 Die 5ta Maji

C. Lucianus Szabó Historiæ
Supremæ et Mediæ Classis Gymnasii Professor

non tamen cum nimia inter proclamationes, et Matrimonii celebrationem intervallo; quia alias debent reiterari; potest tamen eas dispensare Epus urgente Causa legitima, justa Conc: Trid. Citat. Reales sunt 1o probabilis suspitio, Matrimonium malitiose impediendum. 2o si longo tempore pro veris Conjugibus fuissent habiti. 3o Notabilis Corporalis, vel Spiritualis utilitas: in Gallia tamen, supplicantibus praecipuis Consanguineis, non nisi secunda, ac tertia proclamatio dispensari debet, Edict. Reg Blesense A. 1579. et Lud. XIV. 1697.; quod tamen Edictum plenarie non est receptum, vel usu Contrario derogatum est. Hac edicta proclamatione sub poena excommunicationis 1: Reis Argis quilibet impedimenti dirimentis, vel impedientis conscius, sub mortali illum Parocho manifestare tenetur, ita Com; quia quilibet invaliditatem, damnum, et peccatum proximi impedire tenetur.

H.I.N.C. Graviter peccant 1o Parochus assistens, vel contrahentes Matrimonium, non praemissis proclamationibus sine Epi dispensatione; quia est grave Ecclesiae praeceptum, et insuper Parochus, vel alius illius Nomine assistens, sine praevia denunciationibus, per triennium ab officio suspendendus est, Cap. cum inhibitio, Innoc III. in Conc. Lat.; et sic contrahentes in gradu prohibito, etiam si ignoranter contraxissent, spe dispensationis consequendae careant, Conc: Trid: Ss. 24. Cap. 5. Reform., nec filii ex eo Matrimonio in gradu prohibito, Contracto legitimantur, Cap. cum Inhibitio; facta tamen una proclamatione, et religiosis omissis, Parochus non incurrit poenas Innocentii III., Billuart; quia ibi tantum requirit sub dictis poenis, ut Matrimonium contrahendum publice in Ecclesia proponatur, quod unica fit denunciatione, ibidem; et omissa hac unica, non incurrunt Contrahentes poenas Concilii ibidem, quia

quia non sunt tales contra negligentes solemnitatem, sed solemnitates, Bill; et odiosa strictè intelligenda; nec peccant Parochus mortaliter, unicam omittens, si certus sit moraliter, nullum subesse impedimentum, Lopez, Bonacina.

Qu. Graviter, & leviter peccant pro gravitate materiæ, non factis proclamationibus in utriusq; Parochia, & non in utraq, & non in utroq domicilio, si plura habuerint infra sex Menses, in eadem Dioc. & infra annum in diversis dioecesibus, Nisi in casu, et in quo antea commorati sunt, Rit. Dioc. Argent. non in Parochia parentum, & tutor, si sub ipsorum adhuc essent potestate, & non cum eor prævio consensu, Edict. Leg. Cit., & non in Ecclesia, nisi forte omnium populi concursum Missa Parochialis extra illam celebraretur; & non in Missa solemni, & in concione, & ante Missam solemnem habita; & non in festo de præcepto, sed quoad solemnitatem abrogato, sola retenta obligatione audiendi Missam, nisi forte approbante Epo; quia non est solemnis; & fiant in tribus diebus, sed nimio inter proclamationes, et nuptias intervallo, ut duo Menium, Rit. Rom.; & quatuor juxta declarationem Congregationis Conc. Trid. et Rituale Dioc. Argent. proclamationibus non prius reiteratis; nisi propter litem et oppositionem fuissent dilata nuptiæ, Rit. Obs.; & si fiant in tribus immediatis, præsque Nativitatis Dni, Paschæ, ac Pentecostes, prima die solemni non omissa, Rit. Dioc. Obs.; & si eadem die promulgationis contrahant, Dioc. Argent. et Conc. Mediol. III. Sub Sancto Carolo Borrom.; & in Gallia, si facta fuissent in Vesperis, licet magnus fuisset populi Concursus, Senat. Paris 1608. et Conc. Trid. Cit.; & a Secular, etiam apparitore ad tres Ecclesias, etiam si Parochus eos audire recusaret, Senat. Paris. 1611.; & non exhibito proclamationum

m

in alia Parochia factam testimonio a Parocho, non
nisi elapsis a prima proclamatione 24. horis
dato, Rit. Otg.

3o Graviter peccat Sciens, nupturos in gradu prohi-
bito esse consanguineos, & alio impedimento, & etiam
impediente, ut voto simplici Castitatis, esse ligatos,
et post proclamationes Parocho non manifestans,
etiam si impedimentum sit occultum, nec probanda
sit, & Contrahentes sint in bona fide; quia ei non in-
cumbit onus probandi, sed Parocho inquirendi, nec
tendit ad nubitionem, sed ad impediendum Matri-
monium invalidum, & graviter illicitum, pro quo
unicus sufficit testis, Cap. 21. de Spons. apud S. Thom.
et Cham.; et quia quivis justa S. Thomam Tapieno
vi precipienti peccatum, alteri inferens damnum,
declarare tenetur, etiam si sub sigillo naturali, vi ju-
ramento occultare promisisset, quia juramentum
non potest esse vinculum iniquitatis, et prævalet bo-
nor Sacramenti, et Salus Proximi, etiam si afferat
infamiam, ut copula illicita, nisi secreta admoni-
tione a Matrimonio possent retrahi; quia non est
injusta, sed materialis solum diffamatio, cum nul-
lus Sacramenti, ac fornicatio alio modo impedi-
vi negeant; & nisi aliis esse notum, et sufficien-
ter denuntiasse constaret; & si sine gravi suo
commodo, & sine magno scandalo, revelare non
posset, & non nisi testibus incertis ipse compen-
set, B. Gew.; & si ex Confessione duntaxat illius
haberet notitiam; quia, si eos secrete deterrere
nequeat, contrahete volentibus suam non potest
negare assistentiam; quia prævalet sigillum
confessionis; nec si Parochus solus extra Confes-
sionem impedimentum sciat, nec probare possit,
Sourm.; quia cum sit Judex, non potest esse testis, ab
alio vō declarato impedimento, ulterius progre-
di nequit, nisi sublata oppositione, & impedimen-
ti dispensatione obtenta.

4o

4ᵒ Graviter peccant Matrimonium malitiose impedientes, falsum impedimentum denunciantes, possuntq excommunicatione, aliisq poenis juris plecti, Rit. Arq Prerequisita Matrimonio.
Sint aptiᵗ. matriculati, bannis ꝓmulgatis ambo.

Sectio Secunda.

De Essentia, & Existentia Matrimonii.

Quæritur 1ᵒ quid, et quotuplex sit Matrimonium? 2.

Resp. 1ᵒ Matrimonium, et Contractus definitur: Contractus, quo Vir, et Foemina sibi invicem legitime tradunt, et acciptant corpor suor dominium perpetuum ad actum conjugalem; Ut Sacramentum vo definitur: Legitimus, et indivisibilis Contractus, quo vir, et foemina sibi invicem tradunt, et acciptunt corpor suor dominium perpetuum ad actum conjugalem, in lege gratiæ elevatus a Xto ad gratiam significandam, et conferendam; et pro vinculo sumptum habitualiter permanente, definitur: Viri, ac mulieris conjunctio Matrialis, inter personas legitimas individuam vitæ consuetudinem retinens, in lege gratiæ significativa, et Collativa gratiæ.

2ᵒ Matrimonium triplex est, 1ᵒ Legitimum, quod est contractus mere civilis inter personas a lege non prohibitas, quale etiam reperitur inter infideles, et non baptizatos, et post alterius baptismi receptionem dissolubile potest. 2ᵒ Ratum, quod baptismo est firmatum, nulla tamen perfecta, et ad generationem apta copula secuta. 3ᵒ Consummatum, quod per carnalem copulam maritalem, et saltem per viri seminationem completur, Billuart;

quia

quia sola vasis ~~prin~~ penetratio non est apta generationi, ut omnes docent, ac proinde nec in foro Conscientiæ Matrimonium Consummatum, saltem sine viri seminatione, licet in foro exteriori sola penetratione Vasis pro Consummato habeatur, P. Gerv.

8. Queritur 2do An Matrimonium sit Sacramentum, illiusq usus sit licitus, et necessarius?

Dico. Matrimonium est verum, Soliusq novæ Legis Sacramentum; quia omnes habet conditiones Sacramenti, et ab Apostolo Ephes. 5. a SS. Patribus, ac ipso Conc. Trid. Sess. 24. Can. 1. Sacramentum esse dicitur; et a Xto Dño Institutum fuit; probabilius Matth. 19. V.6. dicente: Quod Deus conjunxit homo non separet; quia tunc novum onus indissolubilitatis imponens, etiam novum gratiæ Sacramentalis subsidium superadidisse, recte creditur; Ususq Matrimonii est licitus, ac honestus, imo, et esse Meritorius; quia Xtus illud instituendo, et Apostolus ad Hebr. 13. Connubium honorabile, et thorum immaculatum vocando, approbarunt; et licet ab initio mundi fuerit de præcepto naturali, ac divino; quia pro Speciei humanæ propagatione, et conservatione medium fuit necessarium, et a Deo præceptum dicente, Gen. 1mo Crescite, et multiplicamini; et adhuc posset obligare, si deficeret Species humana; de facto tamen non obligat, nec communitatem, nec unumquemq in particulari; quia homines pro sua voluntate sufficienter conservationi dictæ Speciei vacant; et tam in lege antiqua, quam nova multi sine crimine sexûs se spiritualiter castraverunt propter Regnum Cœlorum.

Queritur 3.

Quæritur 9m An valeant Matrimonia infidelium, et indissolubilia, ac Sacramentum fiant per Baptismum? 9.

Dico. Verum, ac firmum est Matrimonium inter infideles legitime contractum; quia possunt vere inter se contrahere; non tamen est omnino indissolubile, nec inter baptizatum, et non baptizatum; quia potest fidelis ab infideli separari, 1. Cor. 7.; Nec Sacramentum; quia hoc Sacramentum necessario est inter duos, quorum licet unus sit baptizatus, alter tamen ex defectu baptismi est incapax Sacramenti; subsequente vero utriusq baptismo Matrimonium infidelium sit ratum, et indissolubile; quia ratione fidei conjunctionem Xti cum Ecclesia indissolubilem significat; imo etiam probabilius fit Sacramentum, accedente presentia Parochi, testium, et novo Consensu, et intentione saltem implicita faciendi, quod facit Ecclesia, S. Thom.; quia adsunt essentialia Sacramenti; Mps. Materia, Forma, Minister, et intentio: etiam inter infideles potest dari Matrimonium validum in ratione contractus, licet non sit in ratione Sacramenti; quia Lutherani solum intendentes Contractum civilem, vel Catholicus ex malitia, vel errore expresse nolens Sacramentum, cum desit intentio; de facto tamen non est validum baptizati cum non baptizato; quia Ecclesia illud irritat, et prohibet; licet neobaptizatum cum infideli cohabitare permittat, si possit sine injuria Creatoris.

Quæritur 10m An Matrimonia Catholicorum cum hæreticis sint licita, ac valida? 10.

Dico.

Dico. Illicita, non tamen invalida sunt Orthodoxorum cum haereticis Connubia. Illicita 1° quia ordinarie adest periculum seductionis, perversae educationis prolis, rixae, contentionum, transgressionum, legum Ecclesiae, jejuniorum, etc. 2° quia sacris Canonibus, et in Gallia a Ludovico XIV. Anno 1680. sunt prohibita sub poena nullitatis quoad actus civiles, filiorum legitimationem, parentum successionem, (Tournely), non tamen nulla; quia nulla lege irritantur, servatis aliis Ecclesiae legibus, quibus haereticorum baptismi obstricti sunt; etiam aliquando dispensatione S. Pontificum, ut Greg. XIII. Clem. VIII. Urbani VIII. etc., pro publico Ecclesiae bono, regnorum, ac familiarum pace permissa sunt, et adhuc multis in locis, ubi haeretici Catholicis permisti sunt, permittuntur sine peccato ex parte Catholici; quia, suppositis Papae dispensationibus, utuntur jure suo, et Comparti publice petenti ministrans Sacramentum non magis peccat, ac si Comparti in statu mortali, nolenti poenitentiam se praeparare, administraret, omisso sacrificio, et benedictione, assistente solum Parocho, ubi viget Conc. Trid.; Prophanatio Sacramenti, si quae sit, ac peccatum Comparis orthodoxi est p. accidens, et minime intentum, quod Compar evitare posset, si vellet se ad Religionem convertere.

Ubi Matrimoniales dispares Cultus Religionis contraxere, pars Catholica omni ope adlaborare tenetur, ut proles omnes Catholice enutriantur.

II. a Varitur 5° Quaenam sit Materia, Forma, et Minister Sacramenti Matrimonii?

Dico. Materia remota Sacramenti Matrimonii sunt Contrahentium Corpora; Materia proxima et Contractus naturalis, ut est potestatis Corpor. ad actum conjugalem traditio:

Forma

Forma 2o. Est mutuus Contrahentium consensus, verbis, aut nutibus expressus; quia corpora sunt quid indifferens, circa quod fit contractus, traditio est materia remota, seu corpori ad Contractum applicatio, et mutuus Contrahentium Consensus, seu acceptatio ea determinat formaliter ad esse ratum, ac firmum Matrimonii Contractum; Et Minister sunt Contrahentes, S. Thom, ac Communior; Interim abstinendum Pontifex ab ea censet quæstione inter Theologos agitata, Num Parochus sit hujus Sacramenti Minister, seu potius ejus Contrahentes? simul Materia, forma, et Ministri hujus Sacramenti habeantur? Quamquam non obstare videtur sit inclinare ad contrahentes. Epitome Benedicti XIV. folio 115.

Quid 3o. Virginem ad Matrimonium requiratur Consensus? 12.

Dico. Non requiritur ad Valorem Matrimonii Consensus in usum, seu in Copulam; quia est quid consequens ad valorem, et sic sine usu Matrimonium inter B. Virginem et S. Josephum verum fuit Matrimonium; sed solum consensus in jus radicale, et mutuam, ac irrevocabilem in Corpora potestatem, et quidem de Præsenti, intemus, ac mutuus; quia ita eligit Rubrica Contractus onerosi. 2o. Verbis, vel signis, esse mis juxta morem Patriæ expressus; quia alias non posset mutuo acceptari. 3o. De præsenti; quia alias non differret a Sponsalibus. 4o. Ut sit ultimus Consensus simul, saltem moraliter; quia alias non esset mutuus. 5o. Omnino liber, quia Contractus Matrimonialis et metu gravi, injuste a Causa libera in hunc finem incusso, ipso Jure positivo declaratur nullus. Alexand. VII ap. Cum Locum. de Spons. 6o. Ab errore immunis, et publice, id est coram Ecclesia expressus; quia ubi viget Conc: Trid., adesse debent Parochus et 4 testes. 7o.

7= Ut sit absolutus, ℣ expresse, nulla conditione addita, ℣ implicite, conditione reipsa impleta, ℣ juris dispensatione conditione habita pro non adjecta, ut de re necessaria, impossibili, ℣ turpi saltem in foro externo, modo non sit contra substantiam Matrimonii; Cap. fin. de Conditione; Non tamen ad valorem requiritur consensus parentum, Conc: Trid. Ss. 24. Cap. 1. de reform.; bene autem ad liceitatem, quia Conc: Trid: Ss. 24. Cap. 1. de reform.; Matrimonia filiorumfamilias sine parentum, ℣ tutor consensu contracta detestatur; Ad verum Sacramentum Matrimonii in Christianos etiam absentes, servato legitimo Ritu, sufficit Consensus ff. literas, nuncios, aut Procuratorem, • anch. et alii Communiter; quia Ecclesia sale agnoscit, cum habeat omnia essentialia saltem moraliter praesentia.

HINC I. Matrimonium est 1= nullum, si consensus ex alterutra parte sit fictus, Cap. 26. de Spons; peccat g graviter ficte contrahens contra reverentiam Sacramenti, et justitiam; quia invalide percipit Sacramentum, et violat aequalitatem contractus onerosi, tenetur g injuriam resarire tollendo fictionem ff. veram contractus celebrationem: nisi tanta sit conditionis disparitas, et fictionis evidentia, ut altera pars voluntarie decepta censeatur, Bill.; ℣ nisi ipsa decepta etiam alterum decepisset simulando se Virginem, cum non sit, ibid.; quia injuria censetur compensata; ℣ si gravia mala fundata et tali Matrimonio timentur; quia tunc sufficit Compensatio; ℣ si decipiens cum alia legitime contrahisset; quia tunc potius teneretur Excommunicationem sustinere, quam ad primam accedere, ℣ in aliam regionem fugere, Innoc. III. Cap. Inquis. de sent. Excommun; et

2° prima dotem pecuniis compensare; valeret tamen Matrimonium mutuo contractum animo se non obligandi ad actualem copulam, vel si ambo simul voverent castitatem, Bonac; quia non requirit consensus in copulam, sed sufficit potestas tradita, licet voto sit ligata.

2° Graviter peccant signis solum equivocis consensum prebentes; quia in re gravi sacramentum redderet dubium, et venialiter saltem, alio modo, quam verbis illum exprimentes; quia sine causa recederent a ritu in Ecclesia usitato, et Ecclesia ita precepisse videtur, Cap. Cum fraternitatis; nisi essent signa ex juris dispositione, vel consuetudine prudenti consensus declaratione instituta, ut in quibusdam locis Annuli subarrhatio, manus porrectio, solemnis sponse in sponsi domum traductio, consensus parentum presente, ac tacente sponsa pro verecundia, modo interne non dissentiat; sed securius verbis expressis exigitur.

3° Est nullum ipso jure positivo, vi, vel metu gravi initum; quia deficit consensus sufficienter liber, ut dicetur infra Concl. 3. Quarit 5. Artic. 6.

ARTIC. II.° Invalidum, ac illicitum est Matrimonium si contrahatur 1° sub conditione, de futuro, si pater sponsam heredem instituat, Pater consentiat, dotem promissam solvat, quia non perficitur Matrimonium, donec impleatur conditio, Urban. III. Cap. de Conditione; etiam si coram Parocho, et testibus fuisset contractum; nisi non expectato Patris consensu, copula affectu maritali fuisset secuta, Congreg. Card. Conc. Trid. sub Clem. VIII.; quia tunc contrahentes consensus recessisse a conditione; nec requiritur novus coram Parocho consensus, ibidem.

2° Sub conditione, si sponsa sit nobilis, vel dives, aut non corrupta, si sponsus non aliter consentiat, nec conditio in re existat; valet tamen,

si

si conditio existat; quia conditione existente, consensus implicite est absolutus.

3º Sub conditione, si se pro quaestu adulterandam tradat, generationem prolis evitet, vel donec ditiorem inveniat; quia est contra fidem, prolem, ac indissolubilitatem, ac proinde contra bona, ac substantiam Matrimonii; valet tamen, saltem in foro externo, si contrahat sub conditione, si furto, ac latrociniis se nutrire velit, solem stare faciat, vel post mensem sol exurgat; quia conditiones turpes, impossibiles, ac necessariae a Iure Canonico pro non adjectis habentur, et in jure civili, qui sub conditione stipulatur, quae omnino extitura est, pure videtur stipulari, NB. sine conditione, apud Tourn.; vel etiam in foro interno, modo interne non dissentiat, vel usque ad conditionis eventum, v.g. post solis ortum consensum suspendat; quia tunc in foro interno non valeret. Parochi autem similes conditiones impediant, vel conditionis eventum, vel verificationem expectent, vel sponsalia solum contrahant; quia regulariter omnes sunt illicitae, P. Gerv.

St. N.C. IIIº Valida sunt 1º Filiorumfamilias, Matrimonia, insciis, ac invitis Parentibus, vel tutoribus, etiam sine legitima causa contracta; quia nulla lege irritantur, convenit, tamen, ut se consilio, et voluntati Parentum honestum Matrimonium proponentium conforment; quia pietas, ac reverentia parentibus debita ita exigit, et ipsis insciis, ac invitis contrahentes ordinarie graviter peccant; quia Lege Civili, ac Canonica graviter prohibetur; non possunt tamen Parentes eos, praecepto cogere ad certas Nuptias, praecipue si in coelibatu vivere, vel Religionem ingredi velint;

quia

quia Conc: Trid: sub excommunicatione ipso facto subditos, vel alios directe, vel indirecte ad Matrimonium cogere prohibet, Sess. 24. Can. 9.; sed solum possunt patenter ad honestum eos inducere, ab inhonesto retrahere, et contra eorum voluntatem sine justa aut causa contrahentes privatione hæreditatis punire; quia aliquando necesse est, ad stultos, ac indiscretos adolescentum amores refrænandos, et possunt eos cogere, si aliunde ad Matrimonium teneantur, puta, filium, quia Virginem sub spe Matrimonii defloravit, vel quia necessarium est, ad sedandas graves, ac inveteratas inimicitias, vel ad sustentandam Patris inopiam; quia præcepto Charitatis, vel justitiæ obligantur; non vero peccant inscii, ac invitis Parentibus contrahentes, si legitimam sine consensu Parentum habeant contrahendi rationem, ut si longe a Parentibus distent, ac honestum urgeat Matrimonium, vel incontinentiæ periculum, vel Parentes judicentur irrationabiliter inviti, puta, quia honesto Matrimonio contradicunt ex odio, morositate, avaritia, ne dotem solvere, vel bona infantium restituere debeant, vel auxilio infantium non absolute necessario careant, vel ad Religionem, vel ad certas Nuptias, a quibus sunt alienissimi, cogere velint.

2° Valida sunt Vagor legitime contrahentium Matrimonia; attamen non nisi facta diligenti inquisitione, et Consulto Episcopo jungendi sunt Conc: Trid. Sess. 25. Cap. 1. de reform., et in Diœcesi Gentinensi sub pœna Suspensionis. Ril. Arg.

3° Valide contrahit procurator, licet primo dormiat; quia in dormiente digno Sacramento gratia recipi potest, non minus quam a delirante antea contrito, et Confesso per absolutionem subsequentem; vel si dato mandato amentiam

Cadat, vel si

Vel si mandato ficte dato, antequam procurator contrahit, animum mutet, et vere consentiat; quia consensus principalis censetur virtualiter perseverare, et moraliter esse præsens. 2. Procuratoem seues & interim consensum revocet, & procurator aliùm substituat, nisi ad hoc specialem commissionem habeat; v conditionem acceptas mutet; quia decesset consensus.

13. Quæritur 1o Quænam sint Matrimonii bona, Onera, et proprietates?

Dico. Tria sunt bona Matrimonii, Proles, Fides, et Sacramentum, quibus tria præcipua competunt Matrimonii onera, 1o. Vs. et libidinis orta corporis debilitas prolis procreatione, et ad Cultum Dei educatione. 2s. Mobilia Corporis placendi, pariendi, familiæ providendi, fidelitate sibi invicem reddendi debitum cum alterius exclusione. 3o. Mutua sibi invicem, ac perpetua subjectio, ac patiens tollerantia, Sacramenti indissolubilitate, et Gratia. Tres quoq sunt Matrimonii proprietates, Videlicet 1s. Unitas excludens Polygamiam, seu pluralitatem Uxor, ac Virorum. 2s. Indissolubilitas, qua Conjux ab altera vivente separari nequit. 3s. Castitas Conjugalis, qua usus Matrimonii sanctificatur.

14. Quæritur 3o An pluralitas Uxor, ac Virorum sit licita?

Resp. Prænot. Monogamia est unius cum uno solum Conjuge Conjunctio. Polygamia Singularitas uxor. simultanea cum uno viro. Bivirata & pluralitas Virorum simultanea cum una Uxore. Bigamia et pluralitas Virorum, v Mulier successiva. Hoc Notato.

Licita

Licita Monogomia et Successiva Bigamia
1. ad Cor. 7. Sed illiciti Bivitatus et Polygamia
Mam Gen. 2. Erunt duo in Carne una, ergo non plu
res simul.

Quæritur An Matrimonium sit indissolubile? 15.

Resp. Prænot. Dissolutio Matrimonii alia Impro
pria, et quoad vinculum, qua Conjuges priori li
bertati restituuntur, et ad alias tranire possunt
Nuptias. Alia impropria, seu divortium, v. quoad
thorum, qua Conjuges sunt immunes ab obligatio
ne reddendi debitum; v. quoad habitationem, qua
fiunt immunes ab obligatione simul cohabitan
di; v. ab utraq tum reddendi debitum, tum Coha
bitandi. Hoc Notato.

Dico. Matrimonium sive legitimum, sive ratum,
sive Consumatum, quoad vinculum est ex ipsa
natura Contractus, ac primæva ejus institutio
ne, ipsoq jure divino indissolubile; quia ipse
jam Adamus ipsius indissolubilitatem pro
nunciavit, et Xtus Confirmavit, Matth. 19. di
cens, quod ergo Deus conjunxit, homo non sepa
ret et Consummatum est jure etiam Naturæ
li; quia repugnat primo Matrimonii fini, Pro
lis generationi, et recta ejus educationi ob
incertitudinem prolis, quæ ex frequenti separa
tione oriretur. In Nova v. lege Novum augmen
tum indissolubilitatis gradum est ipsa Sacra
menti significatione; quia Matrimonium Xti
anorum, teste Apostolo Ephes. 5. est ex institu
tione Xti in ratione Sacramenti signum Conjunc
tionis Xti indissolubilis cum Ecclesia S. Chari
tatem, et gratiam, prout est ratum, et S. Carnem
assumptam, prout est Consummatum.

Hinc

H.J.C. Nullo jure dissolvi potest Matrimonium fidelium consummatum, nisi dispensatione divina; quia significat unionem Xti cum Ecclesia, & carnem assumptam, quæ omnino est indissolubilis; quod enim Deus assumpsit, nunquam dimisit: potest autem dissolvi quoad vinculum Matrimonium infidelium etiam consummatum ex Dei dispensatione in tribus Casu, videlicet Uno conjugum ad fidem Catholicam converso, altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia divini Numinis, vel ut pertrahat ad peccatum mortale, ei cohabitare volenti, Imo III. Cap. Quanto. de divort.; quia, cum Deus sit Auctor Naturæ, ac Supremus Corpor nostror Dnus, potuit illor usus ad tempus sub certis conditionibus permittere, NP. usq ad unius conversionem; & non vo dissolvitur, utroq conjuge ad fidem converso, Cap. Gaud. de divort.; nisi contraxissent in gradu jure Naturæ prohibito, ut Pater, et Filia, Frater, et Soror; quia nulla urget ratio; nec manente Patre fideli innupta, quia non ipso jure p. baptismum dissolvitur, sed ejus subsequentes Nuptiæ Compartis converse, Cap. Gaudet.; cum in favorem Partis fidelis dispensatio concessa sit; et si infidelis ante conversionem ad aliud transiret Matrimonium, esset invalidum, et eo ad fidem postmodum converso, deberet dissolvi: potest tamen valide novum contrahere Matrimonium post secundas Partis fidelis nuptias; quia Matrimonium prius vere est dissolutum; & post Professionem in Religione approbata, Immo, ~~non tenetur fidelis~~ quia Matrimonia infidelium etiam consummata æquiparantur Matrimonijs fidelium non consummatis, Scilicet;

nec

Nec tenetur fidelis, soluto iterum per mortem Conjugio Matrimonio, reddire ad priorem Conjugem infidelem, etiam hunc ad fidem Conversam, Tour. quia Matrimonium prius cum infideli contractum fuit per secundum cum fideli legitime dissolutum; bene autem si infidelis converteretur, antequam fidelis transeat ad secundas Nuptias; quia tunc utriq. conversis Conjugibus vel non fuvel; et qui ante baptismum plures dimiserit uxores per libellum repudii, tenetur reddire ad primam; quia Matrimonium cum aliis fuit nullum; nec dissolvitur consentiente infideli, fidelem pacifice sine injuria Creatoris, ac sine peccato sibi cohabitare; quia 1. Cor. 7. Apostolus ita videtur praecipere: his tamen temporibus, Ecclesia mentem Apostoli interpretante, Jure divino potest dissolvi; quia semper evidens videtur esse perversae vitae periculum, et Creatoris contumelia ex Consortio cum infideli, Sanchez et alii apud Tour.; nec hodie ibi cohabitare permittitur, Cap. Judei et Cap. seq.; proles autem doli capaces sui libertati relinquendae, incapaces, vel in dubio sequi debent conditionem Conversi: Cap. Ult. de Convers. infid.; licet attento jure communi infantes minores triennio apud Matrem, et Majores apud Patrem esse ducandi.

Nec dissolventur Matrimonia haereticor. Conversa una parte ad fidem Catholicam, Conc. Trid. Sess. 24. Can. 3.; nisi cum aliquo impedimento dirimente, vel pacto libelli repudii, vel alia conditione contra substantiam Matrimonii essent contracta.

2do Potuit dissolvi Matrimonium Judaeor. dispensatione divina, ob duritiam cordis ipsis concessa,

per

per libellum repudii a viro solum ob legitimas causas uxori traditum, ut licet alium ducere possit, Deut. 24.

3° Dispensatione duntaxat divina dissolvi potest Matrimonium ratum, etiam fidelium, non solemniter in Religione a Sede Apostolica approbata professionem, Conc: Trid. Sess. 24. Can. 6.; quia in amore solum, ac jure promisso consistens significat unionem Xti cum Ecclesia solum, non amorem, et gratiam, quæ in membris subinde dissolvitur: non vô non votum simplex Castitatis, Alexand. Cap. meminimus tit. qui. Cler.; nec non vota Scholastici, vel coadjutoris Societatis Jesu B. Gerv. Joum.; quia sunt simplicia, nec eos constituunt immobiliter Religiosos, licet contrahendum reddant invalidum, quamdiu durant, ut dicetur infra; bene autem non vota Equitum Ordinis Melitensis Joum. B. Gerv.; quia sunt veri, ac permanenter Religiosi, quamvis non cohabitent; nec si infra biennium copula vi fuerit extorta; quia Matrimonium non vere consummatum, dummodo fuerit perfecta; potest tamen injuriam passus probiteri Religionem altero invito; quia ob violentiam non debet quis ex jure suo; non vô manens in seculo habere alteri; quia, cum Matrimonium sit consummatum non dissolvitur; Copula vô vi extorta possit bene stare, non potest amplius Religionem ingredi altero invito; quia non habuit jus negandi debitum, nec injuriam patitur: Si tamen postquam mens, vô animum Matrimonium non sit consummatum, quilibet potest adhuc valide profiteri Religionem, et dissolvit Matrimonium; quia jura statuunt sine limitatione, Matrimonium ratum professione Religiosa dissolvi, exigente tamen

altera

Altera parte debitum elapso bimestri, tenetur reddere: antea vō cogitans, vō non cogitans Religionem ingredi, non tenetur reddere infra bimestre, et eam cogens graviter peccat; quia possit mutare animum, et non tenetur sibi præcludere aditum ad statum Religiosum. Ingressa una parte Religionem Contracto Matrimonio rato post annum duodecimum, Compari expectare debet sine mutatione status usq; post annum decimum sextum; quia antea non potest profiteri. Cone: Trid; tertianti juramento, Matrimonium se non consummasse, creditur, si Virgo sit, vō Corrupta, et non traducta in domum Sponsi, seu si corrupta fuerit traducta; quia est suspecta. Obtinens dispensationem professionis post Matrimonium ratum emissæ, potest contrahere cum alio, etiam vivente adhuc priore conjuge sine status mutatione, Durand: et alii; quia prius Matrimonium fuit vere dissolutum, sicut miraculo a morte resuscitatus non tenetur redire ad primas Nuptias, sed potest contrahere cum alia, Scilicet; nec dissolvitur ℣. Sacri Ordinis susceptionem, Joann XXII. Extravag Antiq. vot.; quia ℣. Ordinis Sacri susceptionem non monitus civiliter, sicut Religiosus ℣. professionem, S. Thom.; Nec ℣. solum Religionis ingressum; quia parvulo manens expectare debet professionem.

Dico 1. Matrimonium baptizatorum ratum sed non consummatum dissolvitur ℣. per professionem solemnem in Religione approbata, ex C. Verum et C. ex publico et Trid. Sess. 24. Can. 6. quia hæc conditio ℣. nisi Religionem profiteatur ante consummationem ℣. jure saltem Ecclesiastico apposita ℣. Contractui Matrimonii in favorem boni communis, cui

cui persona privata cedere negvit. 2ª Ex Canonistis, et Theologis plurimis dissolvitur P. Authoritatem Papæ qui tamqvam supremus Vicarius Dei potest ob causam valde gravem solvere tale Matrimonium, et fecerunt Martinus V. Eugenius IV. Pius II et IV. Greg. XIII. Clem VIII. Urbanus VIII. Nam talis potestas expedit Ecclesiæ, et saluti animarum. Solus dicendum de Matrimonio Consummato; disparata, qvæ ratum significat unionem fidelis cum Xto P. Amorem, et gratiam, qvæ subinde rumpitur, Consummatum vō significat unionem Xti cum Ecclesia P. assumptam carnem, et Verbum divinum qvod semel assumpsit nunqvam dimisit. et patet ex Cap. Debitum de Bigamia.

Hæc obstat 1ª, Matth. 19. Qvod Deus conjunxit homo non separet: ergo. Nam hoc intelligitur de Matrimonio Consummato, ubi Conjuges sunt una caro. Imo etiam cum ratum dissolvit Papa, id facit qva Vicarius Dei in Consummato vō nunqvam Papa dispensare valet.

Hæc obstat 2ª Matrimonium ratum est Sacramentum. ergo Papa negvit dissolvere. R. est Sacramentum; pendet tamen a Contractu humano, tamqvam fundamento Supergvo Contractu, habet potestatem Ecclesiæ; qvam Ecclesia nihil possit circa Sacramenta a Contractu humano independentia

10. Qværitur 10. An Conjuges teneantur Cohabitare?

Dico. Conjuges Regulariter tenentur altero exigente sub mortali in eadem domo Cohabitare, eadem mensa, ac thoro uti, qvia ratio Matrimonii, qvæ est individua vitæ Societas, Lex divina ecclesiastica, ac legitima prolis generatio, et educatio id exigunt, nisi legitima Authoritate, vel ratione excusentur;

ad

Ad Virum spectat determinare locum habitationis, Uxor vero tenetur cum Seqvi Patriam, ꝰ domicilium mutantem; non ꝰ perpetuo vagantem, nisi prescivisset; qvia vir est caput familiæ; nisi in contractu Matrimonii locus habitationis fuisset stipulatus; qvia tunc vir sine causa necessaria illam mutare non potest.

III. NE. 1º Potest vir ad breve tempus, etiam invita Uxore, ab ea discedere juxta prudentis arbitrium, recreationis, ꝰ peregrinationis, aut alterius negotii causa, secluso periculo incontinentiæ; nec tenetur Uxorem Seqvi volentem secum ducere; non ꝰ Uxor sine viri licentia, C. Serv.; qvia est subdita viro.

2º Potest vir p. longum tempus discedere ex gravi causa pro agenda familia, ꝰ alio notabili illius emolumento, pro conservatione bonor, pro agenda lite, ꝰ bono publico ex mandato Principis, legationis, ꝰ militiæ causa qvo in casu non tenetur Uxor Maritum Seqvi, nisi vellet alibi p. longum tempus commorari; qvia tunc non solum tenetur, viro eligenti Seqvi, sed etiam vir tenetur, si uxor Seqvi volentem secum ducere, Cap. qvod super de Col.; modo ipsi suppetant necessaria expensa pro Uxore secum ducenda; imo uxore Conjuge in exilium misso, tenetur alter Seqvi; qvia nihil tam humanum est, qvam fortuitis Casibus mulieris virum, ꝰ Uxorem viri participem esse, Leg. si cum dot. ff. si Mat. ff. Solut. Mat. Capto tamen viro ab hoc prohibet non tenetur uxor eum adire, sed eum redimere; qvia captivitas potest esse Uxori nimis molesta.

3º Viro nullibi figente domicilium, non tenet Uxor eum Seqvi, sed potius ipse a tali vagando modo debet desistere, qvia uxori nimis esset onerosum, nisi uxor ante Matrimonium præscivit: qvia tunc consensisse censetur.

4º

Ux uxorem ex necessitate, & sanitatis causa habilationem alio transferentem tenetur vir sequi. Tamb. et Lom.; nisi esset affecta morbo contagioso; quia tunc licet posset cohabitare; quia periculo matrimonii amor, et evitatio periculi incontinentiæ; non tamen tenetur cum probabili infectionis periculo; quia nimis esset molestum; nec potest ei cohabitare cum probabili vitæ periculo; quia non est vitæ sua Dñus; bene autem secundo mortis periculo, Cap. fer. 2 de Conjug. Sep. 28. Tenetur Maritus alimenta, et vestimenta uxori; quia in hunc finem accepit dotem & etiam si Sponte non dotatam duxerit; quia in hoc consensit. & si dos sine culpa uxoris pereat, & illius solutio reddatur impossibilis; quia est inculpabilis; secus si posset solvi, & ipsa sine culpa mariti ex levitate, & malitia a Marito discesserit; quia tunc est in culpa, nisi redire intendat, Sanchez; & si bona uxoris ex ipsius culpa, dos ex fuissent addicta; quia tunc eam alere tenentur Parentes, si sint divites, & Maritus, si sint pauperes; quid id exigit amor conjugum reciprocus; similiter si maritus sit inops, & bona jacturam fecerit, & ex delicto in exilium delegatus, & carceri inclusus, aut tyrannibus manicipatus, et bonis propriis careat, tenetur eum uxor ex suis bonis etiam extra dotem alere; secus si sine culpa uxoris ab ea recesserit, nisi forte poenitentia ductus redire velit; tunc licet adhuc extra domum degat, sicut uxor redire volens, sustentari debet; non tamen tenetur Uxor solvere debita mariti, nisi pretio pro uxoris, ac familiæ sustentatione contracta; quia tunc videtur obligari saltem ad partem, D. Gervasius.

17. Quæritur Ux. Quibus ex Causis possit fieri divortium?

Divortia

Divortia in perpetuum. 3.

Sævus, fatifragus, & junctus Religioni:

Divortium Temporale. 4.

Consensus, Mutuus, damnum, Crimen nocivum.

Dico. Divortium perpetuum tribus ex causis fieri potest, videlicet 1o ob Culpabile, et moraliter certum, et perfectum unius Conjugum adulterium, Matth. c. 5. et 19.; quia frangenti fidem non est fides servanda. 2o per adulterium Spirituale, hæresim scilicet, et apostasiam post unam, aut alteram admonitionem pertinaciter persistentem, Cap. Ult. de Convers. Conjug. etiam si non soliciet ad hæresim, Cap. Cit.; quia semper imminet periculum, & perversionis in conjuge, & infectionis in proles; accedente tamen judicis sententia; quia alias non esset perpetuum. 3o Per Religionis ingressum consentiente tamen, et Religionem ingrediente Comparte, si Juvenis sit, & volente Castitatem, si Senex, nec suspecta sit de incontinentia, Cap. Cum sis de Convers. Conjug. et Consentiente Papa, saltem ut liceat fieri, Gen.; quia ita usus obtinuit.

Divortium vo temporale etiam fieri potest tribus ex causis, 1o Ob solicitationem ad quodcunq Crimen grave, post admonitionem reiteratam; quia vergit in detrimentum Spirituale salutis alterius Conjugis, omnibus aliis obligationibus præferendo. 2o Ob imminentem gravis damni Corporalis Comparti periculum; quia Matrimonii societas non obligat cum tanto incommodo. 3o Mutuo Conjugum consensu, modo absit incontinentia, & alterius gravis incommodi periculum; imo aliquando etiam gravis est divortii faciendi obligatio,

nè minus

Nimirum 1° ob ita evidens perversionis periculum, ut moraliter impossibile sit residere. 2° Si nocens alio modo emendari nequeat 3° Si nocentem retinens sceleris patronus habeatur Cap. si Vir. de adult., facto autem divortio liberos alere debet innocens, Authent. ut liceat, C. illud Coll. 8.; impensis tamen rei etiam si innocens habeat media, Bass. Sanch. et alii apud Gen.; nisi 1° Parens innocens sit infidelis; quia tunc debet fidelis educare prolem. 2° si Mulier transeat ad secundas Nuptias, supposito, quod primum fuerit nullum; quia tunc tenetur Pater. 3° si Mater sit causa divortii, et dives, vir vero pauper; quia tunc tenet Mater.

Mater alit timum, timor primorem,
Trino majores, alere Patris erit.

HIC 1° Legitimum fit, ac perpetuum divortium probatâ coram Judice adulterio unius conjugis, vel haeresi cum pertinacia, vel Professionem legitime factam consentiente, et simul profitente altera parte, si sit juvenis, vel castitatem vovente, si sit senex, et non sufficiat de incontinentiae periculo. Non vero potest fieri divortium, 1° si conjux violenter fuerit oppressa, vel bona fide, supposita morte prioris viri, alteri nupta; vel ab alio pro proprio viro habito latenter cognita; vel si unus in alterius adulterium consenserit vel illud tolleraverit, cum impedire potuisset, vel Virum ipsemet prostituerit, Cap. 6. de eo, qui cognovit si vir occasionem ad illud dederit deneganda ad vitam necessaria, vel eam e domo expellendo, vel alia duriori, et injusta ratione cum ea agendo, Toumely

vel si

Vel si injuriam adulterii remiserit expresse, vel tacite, eam ad societatem thori admittendo, vel aliis signis condonando, Cap. si illi; & si uterq; adulterasset, Cap. 4. de divort.; etiam divortio jam facto, G Gerv.; quia tunc debent reconciliari; & etiam si unus gravius, & pluries lapsus altero, nisi post rectam cicatricem iterum esset lapsus, Billuart.; quia tunc nova esset ratio divortii; & si mulier in infidelitate accepto libello repudii alteri fuisset nupta, utroq; postmodum converso, teneatur prior Vir eam recipere, Innoc III. Cap. Gaud.; quia non debet ut adultera pluribus, quæ legum publicarum licentia alteri nupsit; nec sufficiunt solum tactus, amplexus, oscula, molities, & pollutio cum certia, Sanch et Communis; nec sola vasis sine seminatio ne penetratio, G Gerv.; nec sodomia saltem imperfecta, id est sine seminatione Bill; quia in præditis non est completa carnis divisio, bene autem bestialitas, sodomia perfecta; id est cum seminatione, G Paul cum d. Billuart.

2o Nec potest fieri divortium propter hæresim, si unus uxori duntaxat actu infidelitatis lapsus sit, Billuart; quia debet esse pertinax; nec fit compensatio, si uterq; lapsus sit in hæresim, Sanch; & unus in hæresim et alter in adulterium, ibid.; quia jure non statuit.

3o Nec fit divortium legitimum Matrimonii Consummati ob professionem religiosam non consentiente altera parte, et professa teneatur ad alteram non consentientem, & sponte, & quod tutius est, secundum sententiam, Tournely;

Nec

Nec reversus ad Uxorem tenetur ea mortua redire in Monasterium, Cap. eodem; sed potest nubere alteri; quia professio fuit nulla; nec convalescit professio si compars postea consentiat, vel moriatur, vel professum non repetat, vel labatur in adulterium, et amittat jus Cohabitandi, nisi obtenta licentia, vel facto legitimo divortio renovetur professio: nec potest manens in seculo invito invalide professo, Religionem ingredi, quia professio nulla non est causa divortii perpetui; vel alteri tamen professio cum Consensu Comparti professi, et si in seculo relictus non servet conditiones suas; vovendo Religionem, vel Castitatem; et si professus cum Consensu Comparti, Auctoritate legitima ob periculum in Continentia Comparti vertetur, potest redire, non vovere debitum, et eo mortuo tenetur redire ad Religionem, Cour.; quia non servato integro suo ordine suspenditur debitum, et votum ex sua parte in quantum potest, servare debet.

4. M. C. Gotsf, et aliquando debet fieri divortium saltem temporale, 1o si unus Conjugum alterum ad Congressum Sodomiæ, pollutionem, et furas, fraudes, homicidia, furta, veneficia, haereses, &c., periculose sollicitaret, vel cogeret, Cap. 3. et 6. de divort.; perversa prolis educatio probabiliter timeretur.

2o si adultera admonita sine spe emendationis in eodem Crimine pergat, scandalum, aut suspicio turpissimi lenocinii oriatur. Cap. Significavit ipse; quia tantis malis vix aliud superfuit remedium, et quilibet tenetur consulere proximi saluti.

3o ob immoderatam sævitiam, perpetuam discordiam, jurgia, et durioris tractationem, ut verbe-

ut Verber, mutilationē cum Scandalo, et of
fensionē Vitiorū, ob Copulam, et Cohabitationem
periculosam, ut ratione morbi contagiosi, amentiæ
furoris, etc; quia Matrimonium non tollit jus vitan
di proprium periculum Animæ, et Corporis: non
sufficit tamen leve damnum, ū discordia; quia hoc
pro Conservanda fide Conjugali patienter fer
renda sunt, alias nimis frequenter fierent di
vortia; nec si gravioris mali adhibitum fuerit
remedium, ut certa summa solvenda, et oppigno
ratio, a damnum secum inferente, nullo autem
reperto Sevitiæ remedio potest a judice per
petuum etiam fieri divortium. Lanchez.

Divortia illicita.

Condonat innocuus, ū prostituisse probetur,
Fide bona juncti, ū rapuit fœdus uterq.

Quæritur 1°. An Divortium propria possit fieri 18.
Authoritate?

Div. Licet Conjux a sua Comparte adultera,
hæretica, scandalosa, nociva, etc, propria posset
Authoritate quoad thorum separari, denegando
debitum; quia sit occulte, et ad illius emendationem,
ei debitum; quia sit occulte, et ad illius emendationem,
non posset tamen a lea separari quoad habitationem
nisi precedente Judicis Ecclesiastici Sententia, Cap. Por
ro de divort: quia, cum Ordinarie sit publica, priva
ta Authoritate non potest fieri sine Scandalo, per
turbatione Societatis, et sæpe sine temeritate, et
periculo in propria Causa graviter errandi, nisi
periculum gravissimi mali sit in mora, ne ullus
periculum gravissimi mali sit in mora, ne ullus
esset ad judicem accessus, ū occulte, seclusō scandalo,
fieri posset, et de Causa sufficienti certo constet,
Lanchez apud Gr. Serv.

H.I.K. Graviter peccat ex levibus adulterii conjecturis
Societatem thori disrumpens, ū deprehendo in adulterio
Conjuge

Conjuge, v alia ratione, non exspectata Judicis sententia, aufugiens, v illum expellens; non v privata Authoritate privata se a thoro separans, delicto moraliter certo; nec aufugiens, si mortis periculum, v mutilationis, aut lapsus in gravia scelera imminent; quia necessitas surgens recursum ad judicem non patitur; nec occulte sine strepitu, et sine scandalo cum dederons, sub praetextu peregrinationis, Militiae, mercaturae, v etiam publice, si post unum, aut alterum annum absentis mariti uxor pariat, v notorie gravida appareat; quia in utroq casu cessat perturbationis, scandali, ac infamiae periculum, cum in priori divortium sit occultum, et in secundo causa publice notoria nulla tergiversatione celanda, favetq huic opinioni, Cap. ex part. de spons.; in foro tamen externo divortium publicum sine Judicis Authoritate vix subsistit.

19. Poenitet 13e. An lata divortii Sententia, Status mutare, v propria Authoritate possint reconciliari?

Dico. Post latam divortii perpetui Sententiam potest pars innocens mutare Statum; non autem pars nocens, quamdiu pars innocens jus retinet ejusdem revocandi; nec tenetur p. se pars innocens post solemne, ac perpetuum divortium partem poenitentem, etiam poenitentem, et emendatam suscipere, nisi per accidens ex Charitate erga se, v Conparte, si in se, v Conparte prostratum agnoscerat in continentiae periculum, praecipue si occulte, et non saepe sit lapsa, Cap. Vir. lib. de adulter. ditur: post latam v temporalis divortii Sententiam, Neuter Conjugum Statum cum Matrimonio incompatibilem assumere potest; quia

quia pars innocens partem nocentem sufficienter emendatam iterum suscipere tenetur, et nocentem ad reconciliationem compellere potest etiam implorato Judice, et nocens petitus ab innocente in Conscientia ad eum redire tenetur; quia separatio innocentem non gravare debet, potest reconciliatio propria sibi authoritate, B. Serv.; quia nulla Lex obstat.

A. 4. V. C. Potest post factum divortium perpetuum pars innocens habita altera vovere continentiam, ingredi, et profiteri Religionem, sacros suscipere ordines? Non vo pars nocens; nisi Mulier in Monasterium a Judice Seculari detrusa intra bienium a Marito non repetatur. Authent. Sed Hodie ad Leg. Jul.; quia consentire videtur, v. g. sciente, et non contradicente innocente Votum mutet, v. diligenter, id est bina, v. una prohibita vice admonitus reconciliari noluerit, Cap. Gaud. de Conv. Conjug.; quia consentire, v. irrationabiliter consensum negare præsumitur; nimis enim durum esset, nolentem semper tenere suspensum, B. Serv.

20. Videtur 14e. Valis. Est obligatio reddendi, ac petendi debitum; quando jus petendi debitum amittatur, et aqvo amissum dispensari possit?

Dico. Gravis est obligatio sub mortali contra justitiam reddendi debitum rationabiliter, ac sine explicito, v. implicite qvibusdam signis petenti, nisi aliqva rationabilis causa excuset; qvia debitum est res vi Contractus, et patrimonii ex justitia debita, et ita jubet Apostolus, 1. Cor. 7.; nisi jus petendi amiserit, qvod fit, 1o. per adulterium innocenti notum. 2o. per affinitatem ex fornicatione cum Consanqvinea Conjugis in primo, v. secundo gradu supervenientem.

3o.

3º Per cognationem spiritualem cum conjuge ex baptismate, v in confirmatione subortam. 4º Per votum simplex castitatis ante, v post matrimonium emissum. Nunquam tamen gl. se gravis obligatio petendi debitum; quia nemo tenetur uti jure suo, bene autem gl. accidens graviter, v leviter prout charitas magis, v minus urget. 5º si ex signis quibusdam judicet, compartem illud desiderare, v illo carere molestume esse, et ex verecundia illud exigere non audere. 6º Dum unus conjugum advertit in altero incontinentiæ periculum. 7º Dum ad fovendum mutuum amorem reddere debitum judicatur necessarium. 8º Dum prolis generatio valde necessaria sit bono publico, ut in Principibus, et, v pari familiæ; quia charitas ita dictat. Imo aliquando nec petere, nec reddere licet; quia ratione impedimenti dirimentis antea incogniti, v matrimonio supervenientis, v alias ita, v circumstantia, copula potest fieri illicita.

Possunt Epi dispensare circa omne impedimentum petendi debitum matrimonio legitime contracto ex eorum, ut ex incestu, affinitate, et Tourn. B. Gerv. et Com.; quia ita consuetudine est receptum, et alii ab iis ad id deputati; An autem etiam Religiosi Mendicantes dispensare possint, ut docet Tournely Tom. 4. de Sacram. Ord. et dispon. in impedimento ex voto castitatis ante matrimonium emisso proveniente eos dispensare posse, matrimonio jam consummato, et B. Gerv. ac Bonac. etiam in alio matrimonio jam contracto supervenientibus, incertum videtur; quia nulla certa ratione probatur. Unde in praxi servamus, ut dispensationem impetrandam ab Episcopum, v alios ab eo dispensandi potestatem habentes mittantur, v pro iis dispensatio petatur.

Finis 1º

H.I.N.C. 1° Graviter peccat speciali peccato in justitia in confessione explicando, se reddens impotentem ad debitum, pollutionibus, adulteriis, crebris atibus, nimis indiscretis macerationibus, similiter leve saltem venialiter, & Paul dicit, indiscretis abstinentiis, ac mortificationibus se deformem, et manifestum exhibens, nisi interroget ei occasionem accedendi ad aliam, & spem peccandi; quia tunc posset esse mortale; cum teneatur impedire peccatum alterius; non tamen abstinere ab abstinentia, et macerationem moderata; licet minus potens, & grata fieret; quia non censetur, se obligasse ad omittendum moderatum virtutis exercitium cum detimento sui salutis.

2° si unus conjugum diu sit absens, praecipue si imminent periculum incontinentiae, nisi urgens familiae necessitas excusat, & negotia fuissent a comparte praevisa, ducendo, V.G. Civitatis officialem, Aulicum, &c; quia censetur consensisse.

3° Negans debitum ad vitandum prolium multiplicitatem; quia hic est finis Matrimonii, & ob paupertatem, & metum impotentiae casu sustentandi; quia melius est sic esse, V.G. inopem, quam penitus non esse, Deig providentiae confidendum, nisi mutuo consensu fiat.

4° Debitum etiam ob communionem intentam negans si absolute petatur, & in comparte speriatur incontinentiae advertat, &c; quia praevalet justitia devotioni.

H.I.N.C. 2° Non peccat negando debitum. 1° si constet alterum conjugum esse adulterum, haereticum, pestiferum; quia jus petendi amisit.

2° si sectatur incontinentiae periculo benevole, amicabiliter, et non ut debitum justitiae petatur, & fugiat, remisse,

remisse, ita, ut dilationem, v negationem non curare censeatur, quod proviris facilius, quam mulieribus admittitur; quia iste scrupulos verecundiam urgere non audent; modo absit incontinentiæ periculum.

3o Si petens non sit sui compos, ut ebrius, amens; quia in hoc statu non præsit rationabiliter; nisi magnum malum, ut probabile iracundiæ, blasphemiæ, v pollutionis periculum timeatur; quia tunc tenet ex Charitate reddere.

4o Si ex redditione proximum vitæ, v gravis morbi, ut venerei, lepræ, &c. periculum probabiliter timeatur; quia unus Conjux non habet potestatem in Corpus alterius, nisi salva Constitentia sibi, v ipsius Corporis, S. Thom. &c. Quam si esset periculum in Continentia; quia alia via sibi consulere potest; non sufficit tamen dictum periculum remotum, ut si in parte ordinaria periclitaretur, nisi judicio Medicor ex parte in probabili mortis periculo constitueretur, S. Thom.

5o Si petatur tempore importuno, ut fluxus Menstrui, v puerperii, &c. v non salva debita honestate.

6o Si nimis frequenter petat, ita, ut alter Conjux illud reddere sit impar; ut si ter, quaterve peteret in eadem nocte, Bill.; nec peccat, si quamdiu differat secluso periculo incontinentiæ in mora, v si raro neget (Gen.);

7o Si non possit reddere sine gravi sui incommodo, non tamen sufficit levis febris, dolor dentium, v infirmitates pregnantibus, et parturientibus communes.

8a Nec in primo biennio post initum Matrimonium; quia habent libertatem deliberandi.

H. S. C. 3o Peccat graviter petendo, v reddendo, 1o si moraliter constet de nullitate Matrimonii, qui esset fornicatio.

2o Si autem cum dubio de valore Matrimonii Contrahentes, v bona fide contracto, de valore Matrimonii utroq; dubitet, factaq; debita inquisitione, Vg. An prior Mariti. Et morbus dubium adhuc subsistat; quia periculo fornicationis se exponerent; si vo unus tantum dubitasset, tenetur quidem alteri, quia bona fide contraxit, ~~non~~ duo Cap. dum de Secundis Nuptiis; quia negando se exponeret periculo injustitiæ, quod majus est periculo fornicationis. Secus si uni certo constet, Matrimonium esse nullum; quia esset fornicatio, Billuart.

quia

3o

3o. si ambo ante, vel post celebratum matrimonium voverint Castitatem, vel unus cum alterius consensu, Cap. 1. de Conv. Conjug.; quia Deo promissa servare, ad minimum justitia possint tenentur: si tamen uterque solum alteri inscio vel invito, tenetur reddere alteri; quia hic non privatur jure suo alterius voto; nec privatur reddito ne, et petitione, qui consummato Matrimonio voverit Religionem, vel suscipere Ordines; quia ~~professionem~~ non est votum actuale Castitatis, sed solum futura promissio in Religione, vel in Ordinis susceptione; mortua tamen conjuge, tenetur ingredi Religionem, vel suscipere Ordines, et Matrimonio solum rato ingredi Religionem, non vero suscipere Ordines; quia per professionem Religiosam dissolvitur Matrimonium ratum, non vero per Ordines.

4o. si ambo contrahentes impedimentum affinitatis in primo, vel secundo gradu ex adulterio, vel Maritum cum sorore uxoris, et uxoris cum fratre Mariti, Cap. 1. et 10. de eo, qui cogn.; nisi vi fecisset ab eo oppressa; quia non esset culpabilis, vel fratrem esse Mariti ignorabant; quia non esset incestus formalis, bene autem si ex metu, etiam gravi, non solis viribus resistisset; quia, cum hoc sit intrinsece malum, est culpabilis, vel solum legem privationis petendi debitum ignorave rit; quia peccantes etiam poenas ignoratas incurrunt: si vero unus duntaxat contraxisset affinitatem; tenetur reddere innocenti, in Noc. III. Cap. 6.; quia alter sine culpa non debet privari jure suo; secus si in copulam incestuosam consensisset; quia tunc uterque est in culpa.

5o. si ambo contraxerint cognationem spiritualem ex baptismo, vel Confirmatione, sine necessitate suorum infantes sibi invicem baptizantes, vel e baptismo levantes, vel in Confirmatione assistentes; ignorantes tamen hanc legem, nec illius poenam incurrunt; quia non peccant, et poena absq; culpa non videtur justa, Bill.; et si unus solum contraxisset cognationem spiritualem, tenetur reddere alteri; quia istius culpa non debet alteri imputari.

6o

6o si Copula ex utraq parte esset illicita ex circumstantia ipsum actum afficiente; ut in loco sacro, v publico, v in vase indebito, v cum aborsus periculo, v gravis detrimenti corporis, v animæ; quia actus ratione sacrilegii, v scandali, homicidii, v conthg vas est in se malus.

2o si petenti petere graviter prohibitum sit, ut si sto sit ligatus, v affinitate, aut cognatione spirituali; quia esset cooperari illius peccato; potest tamen abscedere, et convertere redditionem in petitionem, v eum petendo prevenire, ut impediat illius peccatum; potest etiam reddere, si illicite petat solum ob malam voluntatem, putta malo fine, v si copulam perficeret fructando semen, quia ob malitiam alterius non privatur jure suo; v si solum cum veniali petat; quia datur probabilis causa excusans in reddente, ut ne displiceat petenti, v odium, v ritas caveat, v ut graviora mala, ut ausum ad aliam, etc, impediat; v si adulter notus petat; quia licet amittens jus petendi, potest tamen sine peccato amicabiliter petere, et innocens cedere juri suo; v si uxor evitatura foetus mortuos, possit petere, et reddere, præsertim, si aliqua spes esset vivos pariendi; prout fere semper est, adhibitis cautelis, Amb.; non tamen teneretur, Sanch.; quia videtur ob tantum periculum corporale, ac spirituale prolis posse abstinere, imo nec tenere, putat Billuart. Nec peccat reddendo, tempore menstrui, et puerperii, et petendo non nisi venialiter peccat, Cajetanus, Navar. et alii; quia est aliquod, sed raro, periculum prolis vitiosæ; nec venialiter peccat reddens si uxor sit gravida secluso periculo abortus, Sanch. Bonac. Nec petens fine honesto; quia nimis grave, ac periculosum esset tanto tempore abstinere, et otiosi videtur ad permittere pro remedio incontinentiæ, 1. ad Cor. 7.

21. Quæritur 1o Quænam requirantur conditiones, ut actus conjugalis sit licitus?

Dico. Actus Conjugalis, ut licitus, ac honestus sit, debet 1o exerceri fine honesto, N. 9. Generandæ prolis causa; quia Matrimonium ad hunc a Deo est institutum, v debiti reddendi gratia; quia est actus justitiæ, v pro

vel pro remedio in continentia in se, vel in Comparte; quia est actus Charitatis licitus, cum et Apostolus dicat 1. Cor. 7. Propter fornicationem unusquisq; suam uxorem habeat; vel ex affectu, quo vir, et uxor naturaliter afficiuntur, modo in hoc, et prædictis libidinis inordinatio, et excessus excludantur, nec in illius delectatione ut fine ultimo sistant, Innoc. XI.; quia talis affectus, utpote naturalis, videtur honestus, necessarius, nec finis Matrimonii, quod est vinculum amoris, repugnat, Thom. et Charm.

2o Debet servari modus substantialiter debitus M.V. Vas naturale, immissio, et retentio seminis; quia sunt substantialia ad finem generationis, quibus servatis reliqua accidentalia circa situm, modum, inordinata, plerumq; non nisi venialia sunt. 3o Exerceri debet in loco, situ, ac tempore debito, videlicet in loco secreto, tempore nocturno, uxore succumbente viro, quia ita verecundia, honestas, ac ratio dictat, quod tamen non cadunt sub præcepto gravi, seclusa scandalo; nec peccant 4o quoscunq; tactus, aspectus, oscula, amplexus, turpiloquia libidinosa, seclusa pollutionis periculo, et intra terminos honestatis naturalis, si fiant ex intentione copulæ; quia sunt medium ad finem honestum, et venialiter duntaxat peccant sine ordine ad copulam in iis sistant; quia sistere in voluptate veniale est Innocentius XI.

Hinc 1o Venialiter peccat exercens actum conjugalem solius voluptatis causa, vel cum fine honesto in Matrimonii actu delectationem immoderatam ac inordinatam rationem obscurantem intendens, vel ei consentiens; quia ut sic est turpis, et inhonesta; secus si solum permittat, illam impedire ob corruptionem naturæ non valens.

2o

2ª Graviter peccat in actu Conjugali affectum aliam dirigens, ac in illius cogitatione turpi se delectans; quia est species adulterii interni, seus si in pulchritudine illius desiderio delectaretur, Sanch.; periculosum tamen, ac dissuadendum est.

3ª Graviter peccant peccato Sodomiæ imperfecto, actum Conjugalem in vase non naturali sive Consummantes, sive inchoantes cum intentione Consummandi in naturali, Billuart, alios vò tactus, oscula, aspectus libidinosos inter Conjuges præsentes secluso pollutionis periculo communiter excusant auctores a Mortali, etsi fiant cum intentione Copulæ etiam a Veniali.

4ª Graviter peccant Conjuges semen frustrantes, vel se polluendo, sive generationem impediendo, semen receptum ejiciendo, aut ejicere conando, se ex industria retrahendo ante seminationem, nisi hoc alio fine faciant fini Matrimonii non Contrario, et secluso in utroq; periculo pollutionis, Cajet. Salud. Billuart et alii; Nec vir post seminationem expectare tenetur uxoris seminationem, Billuart; sed potest uxor adhuc postea se ad id excitare manibus; quia est ejusdem actus Conjugalis Consummatio, ibid. sed minus abstrahe, præcipue cum ad generationem communiter non censeatur necessaria. Nec peccat, si legitime congredi intendens ob Semen, vel uteri inditionem retrahat præter intentionem seminis, Cajet. Sanch.; quia destinationi Naturæ corruptæ attribuitur.

5ª Leviter peccat non servando situm debitum, secluso periculo pollutionis, et servato vase naturali; quia est inversio ordinis naturæ, nisi justa subsit causa, ut utero prægnante, ne proles suffocetur, &c.

6ª Graviter peccant exercentes actum Conjugalem, vel etiam tactus, et blanditias lascivas in loco publico, vel coram infantibus, vel aliis hominibus; quia est Scandalum; vel in loco sacro, seclusa necessitate; quia est sacrilegium; vel in die Communionis in platea est saltem venialis; quia impedit devotionem; nullum vel minimè in videntes; quia

quia est actus justitiæ; præcipue si carnales illecebræ imaginationi non inhæreant, nec devotionem impediant; nec in die festi, quamvis mutuo consensu abstinere laudabile sit, Pelerv.; sic tempore menstrui non est nisi veniale, quia leve, ac raro duntaxat est periculum prolis vitiosæ, et nullum in reddente, quia justa causa ebeusatur; sic mulier est gravida, leve est in petente, Billuart; nisi fiat pro remedio incontinentiæ; quia deficit finis honestus; et nullum in reddente; quia ordinarie commode recusare nequit, modo absit periculum abortus.

7o Graviter peccant Conjuges exercentes inter se tactus, amplexus, oscula, aspectus, turpiloquia, delectationes amplexus, oscula, aspectus, turpiloquia, delectationes morosas cum periculo pollutionis; quia ejusmodi gravi ter est prohibita; vel in proprio Corpore in absentia complantis, cum delectatione venerea, etiam sacluso periculo pollutionis; quia tendunt ad pollutionem; et venialiter inter præsentes, si in illis sistant, sine intentione copulæ, vel si ad illam essent impotentes; quia sistunt in voluptate; et nullum, si sceluso periculo pollutionis immediate ad copulam referuntur; quia tendunt in finem naturalem, ac legitimum.

Quæstio Tertia

De Impedimentis Matrimonii.

Quæritur 1o Quid, et quotuplicia sint Matrimonii Impedimenta?

Resp. 1o Impedimentum Matrimonii in genere est omne, quod obstat ne rite fiat. Aliud est impediens, quod reddit Matrimonium tantummodo illicitum; aliud dirimens, quod Matrimonium reddit nullum ac irritum.

2o Quatuor de facto sunt Impedimenta Matrimonium impedientia, hoc versu contenta:
Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.

Quam sis doctum teneat si quinque docella.
Si Pia, si Judæa, Sibylla, Phœbas, Polaca.

divorce

7o

3us Impedimenta dirimentia Tridentino sunt duodecim, sequentia:

Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen.
Cultus disparitas, Vis, Ordo, ligamen, honestas.
Ætas, Affinis, Clandestinus, et impos.
Si Mulier rapta, non loco reddita tuto
Ac sociando velant, connubia facta retractant.

Impedimentum 1.i est Error.

1.us Error si sit circa substantiam personæ jure Naturali Matrimonium irritat, unde Lya pro Rachele obtrusa Jacobo Gen. 29. Non fuit vera ejus uxor, nisi postquam Jacob detecta fraude Lyam acceptavit in uxorem. 2.us Error qualitatis, redundans in personæ qualitatem, seu qualitas personam determinate distinguens, ab alia persona quacunq; ut si intendas contrahere cum primogenita quam aliter non noveris, et ejus loco detur secundo genita.

3.us Error redundans in substantiam contractus: ut acipio te in uxorem si es dives, Virgo, nobilis, et seus non accipio, tunc enim qualitate ista non subsistente Matrimonium nullum est, S. Si Conditio Contractui appositio non fuit sed tantum subintellecta nihil suffragatur pro foro etemo, nam compellitur dicere. Secus si probari potest Illustrator Antoine folio 250. Pro foro tu interno semper moralidat sibe implicite, sive explicite fuit Conditio.

Impedimentum 2.m Conditio.

Conditio servitis ignorata, cum persona libera si contrahat libera cum serva putans esse liberam dirimit Matrimonium. Porro quatuor sunt Genera servorum Ms. Domesticor, adscriptitior, mancipior, et servor. poenæ; solum servitus mancipior, seu primæ dictæ ignorata dirimit Matrimonium.

Impedi

Impedimentum 3m Votum.

Votum Solemne Castitatis per professionem factam in Religione approbata, v. Can. 9. Susceptionem Sacri Ordinis dirimit Matrimonium Later. 1. 2. et Trid. Ss. 24. Can. 9. ibi Si quis dixerit Clericos, in Sacris Ordinibus constitutos, v. Regulares castitatem solemniter professos posse Matrimonium contrahere, contractumq valudum esse non obstante lege Ecclesiastica, v. Voto Anathema sit.

Impedimentum 4m Cognatio.

Cognatio triplex dirimens Matrimonium 1o Legalis, qua est vinculum seu propinquitas personae orta ex adoptione perfecta, q. quam persona electa ea assumitur in Filium, v. Filiam, ac haeredem necessarium, et transit in potestatem patriam adoptantis. Hoc Matrimonium dirimit in perpetuum inter adoptantem, et adoptatum, adoptatis posteros usq in quartum gradum inclusive, inter adoptatum seu adoptatam et Filios filiasq adoptantis, sed solum usq dum liberi sui a potestate patria q. mortem adoptantis, v. q. emancipationem Cap. Ulti co de Cognat. Legali.

2o Cognatio Spiritualis, qua imitat Matrimonium inter illud: Levans, levatus, levatisq Parentes & Confirmans Confirmatus & Porro proprium prolem baptizans incurrit Cognationem debitum tamen conjugale, seu jus petendi non perdit.

3o Cognatio naturalis, quae est propinquitas inter personas, v. ab eodem stipite propinquo descendentes: ut sunt fratres, v. quae una descendit

descendit ab alia ut Pater, et Filia.
Linea est personata ordinata seriei personarum
sanguine junctarum Constans certis gradibus
et est duplex Nam recta et transversa seu
Collateralis, item alia aequalis, alia inaequa-
lis. Quare

Nota 1m Si personae aequaliter distent a communi stipite, in eo gradu se contingunt, quo remotior distat a stipite. 2m Unus Filius et Frater
Patris sunt Consanguinei, in secundo gradu mix-
to primo, et si una sit in quinto, altera in quarto
gradu, censentur esse inter se in quinto gradu sed
inter illas personas non est Impedimentum. 3m
Personae seu gradus Consanguineitatis numerantur
semper dempto Communi stipite seu trunco. 4m
Consanguineitas in quolibet gradu lineae rectae
dirimit Matrimonium Nicolaus I. Imo juxta mul-
tos etiam jure naturae in infinitum.

Nota 2m Consanguineitas inter duas personas
potest esse duplex et duplicii capite, 1m quia
sunt duo stipites: ut si duo Fratres contrahant
cum duabus foeminis inter se Consobrinis; liberi
ex his duobus Conjugis nati, erunt Consanguinei
in secundo gradu ex parte Patrum, et in tertio
ex parte Matrum, et tunc dicuntur esse in secun-
do et tertio ex duobus stipitibus. Justus Anto-
ne folio. 257. Et haec duplex Consanguineitas
in petenda dispensatione examinanda est.

Nota Duo Juvenes si mutuo alter alte-
rius matrem cognoscat proles ex iis nata
Contrahere non possunt vide in figura ubi
Titus et Titia sunt Consanguinei in gradu 2do
mixto primo.

Impedimentum 5m Crimen.

Crimen dimit 4or modis 1o Adulterium consummatum formale cum promissione ineundi Matrimonii dicitur 1o Adulterium nam si fuit Matrimonium invalidum tunc fornicatio. 2o Consummatum hoc est copula perfecta generationi apta. 3o formale, hoc est mutuo sciant, non fornicationem sed adulterium committere. 4o ubi promissio facta sit tempore Matrimonii, hoc ante, hoc post adulterium modo revocata non fuerit, et acceptata fuerit, imo juxta multos: ut habet S. Antonine etiam si non fuerit sincera, nec mutua.

2o Attentatum Matrimonium vivente Conjuge sub his conditionibus 1o ut secundum Matrimonium vivente Conjuge consummatum fuerit, Cap. finhoc tit. 2o ut qui contrahit cum adultero priorem dem Matrimonium cognoscat, Innoc. III. Cap. Veniens h.t. Nam si ignara esset, et decepta, cam teneretur adulter post mortem Conjugis ducere Cap. 2 et penult. h.t. Si tamen qui bona fide contraverat, rescito adulterii Conjugio ei Maritaliter adhaerit jam incurrit Impedimentum hoc Cap. si quis autem. Tendem in ubrog hoc S. tam in impedimentum adulterii cum promissione Matrimonii, tam in attentato Matrimonio requiritur ut sub eodem Matrimonio, et promissio, et adulterium, et quidem Copulative, seu Copulative.

3o

3º Homicidium quo duo ex previa conspiratione etsi sine previo Adulterio, conjugem alter utrius occidunt: sive P. se, sive P. alium, physice, v Moraliter, imperio, Consilio, hortatione, &, et intentione postea Matrimonium inter se ineundi Cap. 1. de Conv. Infid. intelligendo effectu, et quidem quod homicidium fiat causa ineundi inter se Matrimonii.

4º Homicidium quo post admissum adulterium interfecit P. etsi sine previa Conspiratione P. Conjugis unius ab altero ad uxorem ex intentione contrahendi Matrimonium cum Conjuge superstite licet mortem illam nolente, & ignorante Cap. III. de eo qui duxit

Nota Ad contrahendum Impedimentum ex matre Conjugio non requiritur actus carnalis, sed sufficit quod fidelis unus desponsata infidelis vocata Conjugem, ut nubat infideli, nec contra nos habet Matrimonium Celestin III. P. si adulterium formale. 3º Matrimonium fuit validum Alexand III. 4º Adulterium et promissio debent esse sub eodem Matrimonio. Cap. 1. et fin. h.t. 5º Promissio sive precedat adulterium, sive sequatur semper est Cap. finale h.t. 6º Promissio quod ab altero Conjuge expresse, v implicite, ac virtualiter accepta non fuerit impedimentum non inducit, nec sufficit dicitur nihil obstante folio 263.

Impedimentum 6m Disparitas Cultus, seu Religionis.

Hoc irritat Matrimonium inter personam baptizatam, et non baptizatam, Impedimentum hoc jure Ecclesiastico introductum, seculo VI. ut valet Matrimonium personae Catholicae cum Haeretica, v cum Apostata baptizato: cum nullo sive irritat

irritatur, licet sit prohibitum jure Ecclesiastico, imo Naturali ubi sit periculum subversionis. Secluso tamen periculo expositis certis Conditionibus secundum Communem sententiam licitum est, et dispensatione Papae; imo hodie passim copulantur ubi mittin vivunt.

Impedimentum 7m Vis.

Vis absoluta, quae omnem libertatem adimit, simpliciter annulat. 2o Vis respectiva, jure Ecclesiastico solum.

Ante Vis si injuste inferatur poenis, vexationibus, minis, quae metum gravem incutiant ad Consensum extorquendum annulat. Nam metus gravis injuste a quovis etiam alio tertio injuste incussus ad extorquendum Consensum irritat Matrimonium. Cap. 14. 15 et 28. de Sponsalibus: sufficit metus gravis mali probabiliter imminentis sive illud sit grave in se, hoc est metus cadens in Virum Constantem metus absolute gravis: sive tantum respective ad timentem, qui enim notabiliter tollit injuste voluntarium perfectum. dicitur 1o Metus gravis quod Ecclesiastico judicium prudenti judicio et matura discussione dijudicandum. Vid. Illustr. Antoine folio 266. Dicitur 2o Injuste incussus nam si metus juste incutiatur non dirimit Matrimonium. Dicitur 3o Ad extorquendum Consensum, nam si metus incutiatur ob alium finem Vg. ob vindictam, valet Matrimonium. Dicitur 4o a quovis alio, nam si metus ortus sit a causa naturali, v. Spontaneo suscepto Vg. et metu naufragii &c valet Matrimonium Cap. cit.

Quaeres 1o) An praeceps importuna juncta metui reverentiali invalidet Matrimonium? R. Affirmative si sint pares, et repetit Sanch. lib 11. disput.

Quaeres 2o) An Matrimonium ex gravi metu initum invalidum sit. Copulam Sponsus cum marita lem validetur?

R: Affirmative S. Thomas, et Bonavent. modo consensu consortis in Matrimonio non copulato dubitaverit, nunquam tamen ratificatur per copulam vi et virtutem, Nam Cap. 11. Innotuit de Sponsa vita desponsata Sponte cognita, contra Matrimonium non audiatur. Ut autem sine copula per totam cohabitationem ratificetur Matrimonium, hæ duæ Conditiones requiruntur, 1ª Ut cohabitatio sit spontanea. 2ª Ut sit diuturna respective ad circumstantias, quod judicare fori Ecclesiastici est, ut dum metum passa scit iste hoc Matrimonium invalidum, et nullum fuisse. 4ª Ut actu perseveret consensus partis, quæ metum passa ad Matrimonii valorem requirit, ut quæ utraq; consensum simul apponat, scilicet simultate moraliter. Cæterum cum animo contractum sit consensus ambarum partium contrahentium; hinc sine consensu interno, nunquam subsistit matrimonium; etsi in foro externo ad cohabitandum compellantur, similia remittenda ad forum æternum Ecclesiasticum.

Impedimentum 8m Ordo sacer.

Ordo sacer impedimentum est ex Lege Ecclesiastica Cap. 1. de Clerico Conj: in Latina Ecclesia omnino certum nullum, et irritum reddere Matrimonium deinceps contractum; in Orientali vero non est ita compertum, cum nondum sit Ecclesiæ definitione declaratum, Canones qui Orientalibus Matrimonium post Diaconatum inire prohibent, diriment impedimentum stabilire. At Sacræ Urbis Congregationes Matrimonia hujusmodi irrita irritave per decreverit. Vide Antoine folio 269. et tractatu de Ordine.

Impedimentum 9m Est Ligamen.

Ligamen est vinculum prioris Matrimonii, sive ratificati sive Consummati, quod durante secundum est divino nullum, Nam in Lege Nova Polygamia est ipsa, nec valida est. Ideo Conjux non potest aliud inire Matrimonium nisi illi constet certitudine moraliter Morte Conjugis sui testimonio autentico.

Quod

quod si post Contracta & bona fide secunda Nuptias dubitet de morte prioris Conjugis & debet quam primum diligenter inquirere veritatem, et interim abstinere a petendo debito, non tamen a reddendo; nam petendo exponeret se periculo fornicandi: et negando inferret injuriam possessori bonae fidei Conjugi. Si vo advertat priorem conjugem vivere illicb secundam dimittat. Si vo uterq mala, vo dubia fuo contraxit, tunc neuter petere, v reddere potest.

Obj. 1o) Cum Judaeis Moyses concessit libellum repudii; ergo vinculum Matrimonii est solubile.

R. Hoc fecit Moyses ob duritiam cordis Judaeorum, ab initio autem fuit sic, vult ergo Xtus vinculum hoc insolubile, Nam quod Deus conjunxit, homo non separet ait Xtus Matth. 19. v6.

Obj. 2o) Xtus Matth. 19. dixit: excepta fornicatione; ergo ob fornicationem licet dimittere.

R. Explico Scripturam, licet dimittere ad divortium, c. ad vinculum N. Nam ibi addit Xtus et qui dimissam duxerit Mechatur. Ergo licet dimissio sit tantum ad divortium. Vide uberius Matth. 5. Marc. 10. et 1. Cor 7. ibi quod si discesserit manere innuptam, aut viro reconciliari.

Porro Matrimonium fidelium condemnatum jure divino indissolubile esse patet. In rato vo possit Papam dispolvere urgenti ex causa v. inde patet quod vo ipsi sponsi de praesenti ad bimestre pro reddendo debito non obligantur, et possunt ingredi Religionem si volunt, vt dare in Xtc item ex Cap. Veniens et ex Cap. publico. Unde duo dispolvent Matrimonium ratum 1o Solemnis professio religiosa, 2o alter utra pars conjugum ingredi vult. 2o dispensatio Papae ex urgenti causa, et fecerunt Mart. V. Eugenius IV. Clus II. et IV. Clem. VIII. Urban VIII Greg XIII.

Obj. 3o) Quod Deus conjunxit homo non separet Matth. 19. 6to Papa nec in rato Matrimonio potest dispensare.
R. Id Papa fecit potestate non humana, sed a Deo adepta.

Obj. 3o

Obj. 2ª Matrimonium etiam ratum tantum est Sacramentum: ergo Papa in eo nihil habet. ∴ Non sacramenta sunt juris divini.

R. Licet sit sacramentum pendet tamen a contractu humano tamquam fundamento. Ergo circa contractum potestatem habet Ecclesia, quam vi Ecclesia nihil posset circa sacramenta a contractu humano independentia.

Impedimentum 10m. Honestas.

Honestas, seu impedimentum publicae honestatis, est quaedam affinitas, seu propinquitas personarum, jure civili, et canonica introducta proveniens ex sponsalibus validis, et absolutis et extendit se ad primum tantum gradum ad consanguineos personae desponsatae, vel ex Matrimonio rato, sed non consummato, et extendit se ad 4tum gradum inclusive ad personas desponsatae consanguineos, Trid. S. 24. Cap. 3. Honestas si quod bene nota si non agit retro. Sit exemplum Petrus desponsat Catharinam verum paulo post mutuo consensu volunt sponsalia, his pactis, Petrus Catharinae germanam si sororem Mariae si: obtenta prius ab Epo dispensatione de impedimento publicae honestatis si desponsat, sed et ab hac mutuo consensu discedetur. Iterum vult ducere Catharinam. Quaeritur num sine dispensatione possit Catharinam ducere. R. Affirmative Nam honestas non agit retro, ita passim jura, et Canonistae — Pro clarit.

Sit Casus 2us Petrus desponsat Agnetem eam obtenta ab Epo dispensatione desponsat ejus germanam sororem Cajam, quam et cognoscit ∴ Q. Megatur E. Etenim affinis, si non potest Agnetem, sed debet Cajam ducere, et si dispensationem non obtinuisset nec quidem Cajam potuisset ducere: Ex his facile reliqua resolvet. Adde quod etsi hoc impedimentum non oriatur ex sponsalibus invalidis oritur tamen ex Matrimonio invalido ita Bonifac. VIII. nisi matrimonii validitas sit ex defectu consensus, in Matrimonio vo clandestino variant Doctores. Ed. S. Cong. resolvit negative.

Impedimentum

possit ducere Agnetem?

Impedimentum 11m Etas.

Etas Mp. impuberum; nam hoc Matrimonium illicitum, et initum, Cap. 10. de despons. impuber. Etas puellæ Anni 12. Masculi 14. Completi, ut dicantur puberes. Valet tamen Matrimonium inter pubertati proximos; si habeant sufficientem ad id discretionem, utrumq rationis, et potentiam generandi; interim ante tempus pubertatis illicitum est, et initum, jure Ecclesiastico, quamvis jure naturæ subsistat, idq contingit; ubi malitia prævertit ætatem.

Impedimentum 12m Affinitas.

Affinitas est Conjunctio, seu propinquitas personæ orta ex copula perfecta, Et hæc duplex Mp. Copula licita seu Matrimonialis, et illicita, seu extra matrimonialis, sive sit fornicatio, adulterium, incestus, sacrilegium, &c. Oritur inter Consanguineos viri, et mulierem solam: Item inter Mulieris Consanguineos et virum solum. Cap. 35. Porro. Qu. 2. C. Ex copula licita extendit se ad quartum gradum inclusive, ex illicita ad 2m inclusive. Trid. Ss. 24. Cap. 4. intelligi in Collaterali: nam in linea recta diriimit in infinitum. Sit Casus Titius Cognovit Cajam, et in Juliam Cajæ, tertii gradus consanguineam, ethinc nihil impedit, potest alteram ducere. Si fuit Copula licita, at si Caja conjux fuit Titii negidem in quarto gradu ducere potest, et vidua Ss. Nam ex copula licita extendit se ad 4m gradum inclusive, numeratur autem affinitas a Consanguineitate: ut quo gradu alicui Consanguinea aliqua persona; eo gradu Ss. marito affinis, et viceversim. Copula tamen affinis cum affinissa Matrimonio durante non diriimit Matrimonium, sed perdit jus petendi debitum Conjugale Cap. 4. et 10. de eo qui Cognovit. In quo quilibet approbatus in Confessionij Tribunali dispensare potest ita Edictum Excellentissimi Martonfi.

Nota Bene.

Nota 1m) Axioma illud: affinitas non parit affinitatem: significat quod Consanguinei uxoris Soluta cum unica persona, seu Marito contrahant affinitatem, et vicissim. Ivare Jacobus viduus potest ducere Annam viduam et 2. filii Jacobi 2. filiis Annæ. Item Casus 2us Et si filius Conjugis suæ Berta Consanguineæ ducere non possit, potest tamen ejus affinem Vg. Uxorem fratris Berta defuncti, post Mortem Berta ducere potest. ita Sanchez.

Nota 2m) Impedimentum publicæ honestatis est impedimentum perpetuum. Sit Exemplum Petrus desponsat valide Catharinam, verum hæc post Nuptias moritur, Queritur Num possit Catharinæ primi gradus Consanguineas ducere R. Negative, id etiam in Matrimonio rato usq; ad 4m gradum. Si vo cognovit tunc iterum non potest utpote affines.

Impedimentum 13m Clandestinitatis.

Matrimonium Clandestinum dicitur, quod non contrahatur coram proprio Parocho, v alio Sacerdote de ipsius Parochi, v Ordinarii licentia, et duobus saltem testibus. Est invalidum ubi Trid. promulgatum, v receptum est: Ita Trid. Sess. 24. Cap. 1. qui aliter et, et quamvis talia Matrimonia ante Trid. valida fuerint; Sed tamen semper illicita Item si qui e loco dum promulgati Trid. exirent aliorsum ad contrahendum Matrimonium in fraudem legis contrahe rent invalide.

Nota 1m) Decretum illud Trid. urget etiam in Mortis articulo. 2m Parochus debet venire Parochus et quidem proprius esse. 3m, Valet et si Parochus nondum sit approbatus ordinatus Sacerdos. Item VIII. ap. probavit. 4m, Valet et si Parochus sit Suspensus, vel communicatus denunciatus; imitum, tamen si Parochum Parocho publico hæretico in loco ubi Trid. est promulgatum.

5m Non

5º Non valet coram Parocho intrinseco amici qd. id. Italus colorabat cum errore communi. 6º Sufficit Parochus sive Sponsi, sive Sponsæ. 7º Si Sponsus sit de Parochia ubi Ind. est promulgatum, Sponsa vº de Parochia ubi non est promulgatum valeret Matrimonium sine Parocho Contractum in Parochia Sponsæ non tamen Parochia Sponsi; quia Contractus sequitur loci leges ubi celebratur Cap. fin. de foro Compet. 8º Parochus proprius Ovi ubiq. locor assistere potest. 9º licentia delegati debet esse vel expressa, vel data generaliter ad Spiritualem omnem Functionem Parochialem administrandi omnia Sacramenta: S. Congr. 22 Junii 1581. 10. Non sufficit Parochi ratihabitio, sed requiritur mera delegatio pro delegato, S. Cong 1620 7ª 7bris. 11º Abbas quasi Episcopalem Jurisdictionem habens valide assistit. 12º Requiritur presentia Parochi physica, et moralis, ut advertat, quod Coram se sero contrahant, et si reclamet valet Matrimonium. Nam si sufficienter cognoscat ens sero contrahere jam est testis qualificatus. 2º sit in convivio et ibi Barbosa et aperte colligit ex lege coram Titio Parag. de verbor sig. nisi. 13º Et si Episc. prohibeat assistentiam Matrimonii Parocho adhuc valet Matrimonium si Papa prohibeat non valet. Ita Leand. et Cal dennus in Cap: tua. 14º Episc vel vicarius Generalis assistere vel delegare possunt in tota Diœcesi. 15º Præsentia Parochi, et testium debet esse copulative hoc est: simultanea. 16º Tacita multos valent quilibet testes ratione utentes cum Parocho domicilii et si sit invitus, degradatus et ut supra. 17º Vagi debent contrahere coram Parocho loci ubi tunc versantur sed Ind. S. 24. Cap. 1. Parochus præcipit ne illor Matrimonii interesint nisi prius diligentem inquisitionem faciant S: An liberi, an nec, et Inst. et ad Ordinarium delata licentiam obtinuerint ab eo.

18º

18m In locis hæreticor ubi Trid. promulgatum non fuit vl in Hollandia. Et dispensatione Eccles. valet Matrimonium Catholicor sine presentia Parochi, si nullus ibi sit Parochus, v vices ejus supplens v advocari v adiri non potest modo adhibeantur testes. 2 Conc. Trid. 24 Ce dispensatione tacita Capit, et usu Eccles. validum est Matrimonium hæreticor in locis ubi publice exercent Religionem, modo contractum sit juxta leges loci, licet ibi Trid. promulgatus sit, Nam personæ conversæ de novo non contrahunt. ita Pœnitentiaria Romana. 20o Parochus v ejus v ejus delegatus nequit assistere Matrimonio cujus impedimentum diriment. advertit v dubitat. 21m Ad Matrimonia occulta Eppus informent de quo vide Antoine folio 280 Sig. nanter quod Baptismus infantis Eppo transmittatur.

Impedimentum 14m Impotentia.

Est inhabilitas ad coitum naturalem prolificum, orit v ex maleficio, v ex causa naturali, et est duplex absoluta qua quis est impotens respectu omnium, alia absoluta qua quis est impotens respectu alicujus tantum. Item utraq; subdividit in perpetuam, et temporalem. Perpetua quæ tolli nequit sine peccato, v sine miraculo, v sine vitæ periculo. Temporalis quæ sine his tolli potest v. g. medijs licitis, naturalibus, sive supernaturalibus ut maleficio, exorcismis precibus. Sterilitas vo non est impotentia hinc impotentia perpetua antecedens absoluta dirimit Matrimonium respectu omnium patet ex titulo de frigidis. Impotentia autem respectiva solum respecta illius, ad quam est, quæ eum nequit copulam perfectam habere.

Sine

Hinc Eunuchi utroq testiculo carentes, nequeunt valide contrahere, ita Sixtus V. Sexus dicendum de Agrotis, qui resumptis viribus capaces sunt Copulæ perfectæ Ubi et Hermaphroditi valide contrahunt in sexu prævalente, etsi sexus sit æqualis, tunc in alterutro sed amplius mutare non licet

Porro si dubium sit an impotentia præcedens Matrimonium, perpetua, an temporalis sit non licet Contrahere: sivè jam Contractum requiritur biennalis proba interim hæc transmittenda sunt ad forum ecclesiasticum, ubenius Antoine folio 282.

Impedimentum 15m Raptus.

Nullum potest esse Matrimonium inter raptam et raptum, et post raptum consentiontam quamdiu manet in potestate raptoris. Si rapta a raptore separatal ad in loco tuto, et libero, Constituta consentiat, valebit Matrimonium Ita Trid. Ss. 24. Can. 6. ubi ipso facto excommunicationem, et alias pœnas Statuit Contra raptorem, et omnes ei Consilium, auxilium, et favorem, præbentes. hinc.

Nota 1o Si mulier volens invitis parentibus, vè tutore abducatur juxta multos non dirimit.

2o Non refert an quis Se, vè Alium abducat ex Regul. Juris in 6. 3o Non sufficit si fœmina virum rapiat Ley 5 ff de leg. hæcenim non dirimit. Denig raptus est violenta abductio fœminæ de loco in locum, causa incendi Matrimonii, vè libidinis, Rapius vè Seductionis in Gallia a plerisq habetur pro dirimente impedimento, imo et alibi a multis: Antoine tamen Negationam habet. Colet totius actus Seductionem dirimere, quare in similibus in Confessio pro procedendum non est. Et vè Seductio sine ulla volens invitis parentibus vè curatoribus abducitur.

Avenit 2o

23. Quæritur 2° Quisnam impedimenta Matrimonium impedientia, & dirimentia instituere possit

Dico Ecclesiam jus, et authoritatem habere Statuendi impedimenta Matrimonium impedientia, ac dirimentia, de fide constat, Conc. Trid. Ss. Pp. Can. 4.; quam potestatem etiam habet S.mus Pontifex pro universa Ecclesia, B.mus Georg. quia illius caput est; non vero Principes Seculares in quantum est Sacramentum impedimenta illius dirimentia instituere possunt, Secundo quia ut sic, est res Spiritualis potestati Seculari non subjecta; nec indirecte, addendo Conditiones Contractui Civili, eum imitantes, ibid. quia etiam invito Contractu Civili, adhuc subsistit Sacramentum, ac illius materia proxima, Ms. Contractus naturalis, ac Sacramentalis potestati Seculari non subjectus, utpote Spiritualis: eos autem Constituere posse impedimenta, Matrimonium suorum subditorum ut est Contractus Civilis imitantia in ordine ad effectus civiles, multi docent Theologi, ut Sanchez, Bill. et alii: et ita Statuerunt Reges Galliæ quoad Matrimonium infantium sibe Consensu parentum Contractum; propterea tamen non sequitur, Consequenter imitari Sacramentum defectu Materiæ; quia Contractus, non ut Civilis, sed naturalis ut Sacramentalis est materia Matrimonii proxima in mutuo contrahentium Consensu consistens cum Conditionibus ab Ecclesia præscriptis.

H.A.C. 1° Infideles, sive in sui, sive in alienis existant terris, non ligantur impedimentis ab Ecclesia introductis, quia illi non sunt subditi; bene autem

bene autem Sor.o principum, si illis subjiciantur; quia possunt ut Xtiani Principes impedimenta Matrimonii, ut est Contractus Civilis in Ordine ad effectus civiles dirimentia instituere. 2.o Judæi etiam hæretici, et apostatæ, ubinij loco.o existant, ligantur impedimentis Matrimonii ab Ecclesia statutis; quia ratione baptismi Ecclesiæ subditi sunt, excepto impedimento Clandestinitatis, ob specialem Ecclesiæ dispositionem, ubi Conc.m Trid.m non est receptum. 3.o Impedimenta dirimentia a Principibus instituta non valent, nisi in ordine ad effectus civiles, ut exheraditationem, restitutionem donationum, legitimationem prolium, dotis, et Omnium, quæ vi Contractus Matrimonij Consequi possent; ita declaravit in Gallia Henricus III et Ludovic. XIII.

Quæritur 3.o Quot sint impedimenta Matrimonium impedientia? 24.

Dico Quatuor duntaxat de facto sunt impedimenta Matrimonium impedientia: Videlicet 1.o Ecclesiæ vetitum, quo non intelligit illud tempus jure, sed a legitimo Judice Ecclesiæ stato servato Juris Ordine, vetitum. 2.o Tempus absolventiæ, usq. in Diem Epiphaniæ inclusive Rit.i Diœcesis Arg.i et a die Cinerum usq. ad Octavam Paschæ inclusive pro solemnitatibus, nuptiæ jure prohibitum, Conc. Trid. Sess. 24. Cap. 10

3.o

3z Sponsalia cum alio contracta non dissoluta, Cap. 10. de Spons. 4z Votum Simplex Castitatis, v ingrediendi Religionem, aut suscipiendi Sacros Ordines, v non nubendi; quia jure divino obligat; Cap. 6. qui Cler.

H.I.A.C. 1z Graviter peccant, valide tamen contrahunt contra prohibitionem Parochi ob Catechismi ignorantia, v Consensum parentum obtinendum, v impedimenti impetrandi causa, C. Gen. 2z In adventu, v Quadragesima, v denique Paschali benedictionem Nuptialem, v solemnem sponsæ in domum deductionem, v solemnia convivia, v tripudia celebrantes, Sanch.; Non tamen prohibentur Contractus, v ejus Consummatio, C. Gen. 3z Contractis Sponsalibus cum uno, contrahens Matrimonium cum altero. 4z post votum Simplex Castitatis, ingressus Religionis, Ordinis sacri suscipiendi, v non nubendi, Matrimonium contrahentes, et non Consummato, tenetur ingredi Religionem, et soluto Matrimonio prædicta Vota servare.

25. Quæritur 1z Quot sint impedimenta Matrimonium dirimentia?

Dico. Impedimenta Matrimonium dirimentia sunt Quindecim. Quot sunt de Jure naturæ videlicet:

Jure Naturæ dirimunt.

Error, Vis, amens, impos, v Sanguinis junctus, In gradibus primis: adde ligamen actus, 1z ebrii circa substantiam personæ, v circa qualitatem redundantem in substantiam personæ;

quia

quia consensus cum tali errore non subsistit.
2° Consanguinitas in primo gradu linealis
tis usq in infinitum, Nicolaus I. Soumely,
Thom. et Charm. et alii; quia natura ad hoc
quis abhorrere videtur Matrimonium adire cum
Nepte, quam Patris cum filia ob eundem, &
majorem pudorem, et reverentiam hominis Na
turaliter insitam, ergà Avos, et altiora pro
pria, et in linea collaterali in primo gradu
saltem jure Naturali variabili, Soum. Thom. Char.
quia filii Adam potuerunt ex necessitate gene
ris humani propagandiducere sorores, quamvis
nunc ab istis Matrimonijs, naturaq etiam abhor
reat, ita, nec a gentibus barbaris fieri soleant.
3° Ligamen Matrimonij rati, & Consummati,
cum alio, nisi ratum dissolvatur. 4° Amen
tia, nisi lucida quis habeat intervalla;
quia deficit Consensus; 5° Impotentia, Nisi per
petua, sive absoluta, sive relativa sit ad Com
partem. 6° Vis, ac raptus violentia, quam
diu est invita, de quo infra.

H.S.V.C. 1°. Invalide contrahit ratione Erroris,
1° Contrahens, ut Jacob cum Lia putans esse
Rachelem, & cum secundo genita intendens
primo genitam; nisi postea ratificet Matri
monium; quia Error in priori casu est circa sub
stantiam personæ, et in secundo redditur et in sub
stantiam personæ, et cum neutra contrahere vo
luerit; etiam si error esset vincibilis, & concomitans.
2° Invalide contrahit cum pauper, si inter
duas, quarum una pauper, et altera dives, pro divi
te se declarasset; quia tunc error qualitatis etiam
redundat in substantiam: valeret tamen Matri
monium ducentis pauperem, ignobilem, corruptam,
quam putavit divitem, nobilem, et Virginem, quia
error est circa accidentia; nisi sub hac sola Conditione
Consensisset:

Consensisset; quia deficeret consensus, non subsistente conditione, vt ipsa personam, quam diuitem credidit, minus cognouisset, et cum ea contraxisset. licet errore qualitatis diuitiar inductus; quia circa hanc personam in particulari consentit; nisi tali conditione, si sit diues, consensum limitasset; non tamen sufficit limitatio habitualis, aut interpretativa; sed debet esse actualis, aut virtualis, quia alias fere nullum esset Matrimonium validum; cum imumeri non contrahent, si defectus compartis cognoscerent.

H.I.N.C. 2. Ratione Consanguinitatis. Invalide contrahit Matrimonium, Pater cum filia, Auus cum Nepte, et Frater cum sorore; nec Papa in his dispensare potest, Iouinely; quia Ecclesia non potest dispensare in jure naturali, ibidem.

H.I.N.C. 3. Ratione Affinitatis, Invalide contrahit Maritus viuente priore Conjuge, quamuis bona fide mortuam crediderit; tenetur ipsa reuertente ad eum redire derelicta secunda; quamprimum priorem viuere agnoscat, vt dubitet; nec pro Contrahendo cum ea sufficit distantia loci remotissimi, vt desperata infirmitatis testimonium, vt absentiæ diuturnitas, nec unius Viri, etiam oculati, et non suspecti assertio, licet non nulli aliter sentiant, quia si unius testis in aliis minimis sit nullus, a potiori in re tanti momenti. sed requiritur Authenticum e Registris mortuorum testimonium.

H.I.N.C. 4ta. Ratione Amentiæ; Invalide quis contrahit cum perpetuo amente; Valeret tamen Matrimonium Contractum tempore lucidi intervalli, Iouin.; sed non nisi Consulto Episcopo jungantur. vt Contractum per Procuratorem vi Consensus antea dati, licet tempore Contractus careret usu rationis sicut valeret tempore Contractus per procuratorem cum dormientis de Amente tamen adhuc videtur difficultas, præcipue si in amentiam perpetuam relapsus; quia Consensus antea datus videtur interruptus.

H.I.N.C. 5ta. Ratione impotentiæ; Invalide contrahit naturaliter, vt Senectute frigidus, vt nimis calidus, pro calore nimis propere, et nunquam in talis

seminare

seminare valens, & utroq; testiculo orbatus, ut spadones, licet vas naturale penetrare valerent; quia non seminant; & semen non est ejusdem rationis, ac proles sium: sufficeret tamen, si unicum haberet testiculum; quia copula ad generationem aptam adhuc exercere posset, Bilbuan.

2ª Invalide contrahit cum conjuge nimis arcta, & maleficio impedita, sine alio maleficio, & alio peracto, aut vitæ periculo viro non aptanda; quia si impotentia saltem relative, ac moraliter perpetua, nec valeret, si adhibito maleficio, & cum vitæ periculo postea fuerit curata, sed debet renovari consensus in facie Ecclesiæ, si impedimentum fuerit manifestum, & secrete, si fuerit occultum, et sine infamia publicæ renovari nequeat, quia nullum fuit: provenire autem censetur ex maleficio, si in somno soleat pollui, extra copulam Caleffen, & ipsa arctatio ad congressum viri, & sibi exosi, cum antea se diligerent; non tamen Matrimonium irritatur, si sit levem incisionem, & alio remedio liberato viro aptari posset, quam teneatur pati, nisi maximum inde pateretur incommodum, et si non fuit subsisteret tamen Matrimonium, Sanchez; Bill. quia Impotentia non censetur perpetua; nec sufficit in muliere impotentia seminandi; quia justa mulctos ad generationem non requiritur, nec si semen non retineat, Pgero.; & si non mortaliter egrotent; quia potentia censetur morbo tantum impedita; In Gallia tamen hoc non legitimantur infantes, quoad effectus civiles; bene autem quoad spirituales, Ritchy. nec irritatur Matrimonium si adimpletis annis pubertatis nondum coire possent; quia non est impotentia perpetua; non tamen valeret si antea annos pubertatis fuisset contractum; quia ex dispositione juris Ante annos pubertatis contractum solum habent rationem sponsalium, nisi antea essent potentes; quia tunc malitia supplet ætatem, Cap. fin. et Cap. de illis

3ª

2º Invalide contrahunt Hermaphroditi, nisi juxta sexum prevalentem, v. g. si neutrum prevaleat, possunt alterutrum eligere, sed ad illud retinendum juramento debent adstringi a judice Ecclesiastico; nec antea debet Parochus assistere contrahentibus; comparte tamen mortua valide, sed graviter illicite contraheret secundum alium sexum; quia electio non tollit potentiam naturalem.

3º Si Impotens ob frigiditatem nubat alteri, et suscipiat prolem, tenetur redire ad priorem, Cap. Laud. de frigid.; quia censetur, non fuisse impotentiam perpetuam, seu si maleficio fuisset impeditus et illud alio maleficio tollat, v. nubendo alteri respectu illius cesset, v. miraculo, v. vita periculo caretur; quia censetur, fuisse respectu primi perpetuum; si comparte interim, dum credebatur impotentia perpetua ingressa sit Religionem, potest ea ea profiteri, et facta professione aliud alteri nubere; quia Matrimonium non fuit Consummatum; si Sacros solum Ordines recepit, et repetatur a comparte facta potente, tenetur ad eum redire; quia Sacri Ordines non solvunt tale Matrimonium Ratum: si non repetatur, potest manere, sed uxor non potest cum alio contrahere.

5º Si constet de impotentia perpetuitate, debent auctoritate Judicis Matrim. dirimi, si appareat dubia, non nisi elapsa triennio, et experientia, et remediis adhibitis, computato anno a tempore Matrimonii contracti, Cap. Laud. de frigid., supposito, Copulam et tunc fuisse tentatam, seu postea experientia ulterius retendi experimento non sufficienti adhibito, Bill; in Gallia diversæ sunt diversis provinciis Consuetudines circa triennalem experientiam; unde Standum est judicio judicis, possunt tamen Cohabitare, ut Frater, et Soror elapso triennio, secluso incontinentiæ periculo, Thom. Chor.

6º Matrimonium non dirimit impotentia Matrimonio Contracto Superveniens, et tactus sine periculo pollu-

pollutionis, istis non sunt mortales, et ex defectu seminis veri proliferi, ut in Castratis, Coitus non est prohibitum, Sanch.; quia adesse potest finis remedii incontinentiæ. Si dubitetur, an ante, vel post Matrimonium Contractum supervenerit impotentia, præsumendum est pro Matrimonio; Cap. fin. de Sent. et re jud.; Si nunquam exercuit potuerit Copula integra, præsumendum præcessisse.

Quæritur 5ᵒ. Quot Impedimenta Matrimonium dirimentia jure Ecclesiastico? 26.

Dico. Undecim sunt Impedimenta jure Ecclesiastico Matrimonium dirimentia: Minimum 1ᵒ Conditio. 2ᵒ Votum. 3ᵒ Cognatio. 4ᵒ Crimen. 5ᵒ Cultus disparitas. 6ᵒ Vis. 7ᵒ Ordo. 8ᵒ Publica honestas. 9ᵒ Affinitas. 10 Clandestinitas. 11. Raptus. de quibus vide supra.

HÆRESIS. Invalide contrahitur Matrimonium, ratione conditionis diversæ, a mancipio, cum libera, ignorata a libero, servitute alterius, etiam si nonnisi per petuam, Bᵉ Gerv.; valeret tamen 1ᵒ si servitutem sivabit; quia consensisse censetur, Cap. Propos. de Conjug. Serv. 2ᵒ Si ambo sint in mancipio, Capi dignum est, quia nulli fit injuria; etiam dissentiente Dño, quia Ecclesia illa habet rata, juxta S. Thomam non tenetur ob id Dñus de Matrimonio contrahendo, si servanda Virginitate; Partus autem sequitur Ventrem nisi aliud sit Consuetudo. 3ᵒ Si sit servus, vel mancipium impropriè tantum quoad bona immobilia, Gob.; vel judicis Sententia, ut ad Triremes, vel perpetuum exilium, aut mortem damnati; quia nulla lege Ecclesiastica dirimit matrimonia, quoad Sacramentum, et vinculum initantur, licet unus conjugum hanc circumstantiam ignoraverit, Trunch.; effert tamen nullum quoad effectus civiles prolis legitimationem, dotem, hereditatem, &c., etiam si contrahens, postquam fuga evaserit, Senat. Parisiens. 1625. vel, dissidente appellatione, si contingat, injustam detrahi; nisi ante sententiam judicis ex appellatione

Mastrius

Mortuus fuisset, Sporius; & uxor ignorantiam conditionis damnati ad triremes probare posset; quia tunc posset consequi effectus Matrimonii, Tournely.

HINC II. Ratione Voti. Invalide contrahit Matrimonium emisso voto solemni Castitatis in Religione approbata, & etiam Simplicis Societatis Jesu post biennium Noviciatus, Antequam a Suis Superioribus fuerit dispensatum, Greg. XIII. quamvis non dirimat Matrimonium ratum antea contractum, Tourn. & Gen.; quia, cum sit Votum simplex, non constituit hominem immobiliter Religiosum; nec Matrimonium dirimit Votum simplex in alia Societate ab Ecclesia ab hac non privilegiata, & in Religione non approbata, nec Votum solemne in Religione approbata dirimit Matrimonium vi, & gravi metum Consummatum Tourn, nec consummatum paulo antequam fuerit contractum, saltem haec opinio Secundo est, Tourn; potest tamen Papa dispensare Votum etiam solemne ad Matrimonium valide contrahendum, Tourn.; quia est juris Ecclesiastici, et facta Ecclesiæ in probant.

HINC III. Ratione Cognationis ex Consanguinitate, Invalide contrahit Matrimonium, 1o in linea Collaterali, inæquali, Frater cum filia fratris, et sororis, et amitæ illius Neptis, et pronepotis. 2o Cum filia fratris, aviæ paternæ, & matris, et illius filia, ac Neptis. 3o. In linea æquali filius fratris, et sororis cum filia alterius fratris & sororis, Nepos fratris, & sororis cum Neptis alterius fratris, & sororis, pronepos fratris & sororis, cum pronepte alterius fratris, & sororis.

Reliqui gradus vide in libro Consanguinitatis.

2o Ratione Cognationis Spiritualis invalide contrahitur cum ea, quam quis baptizavit, & quam susceperit e baptismo, & Confirmatione, & cum ejus matre, etiam si fuisset baptizata domi, et sine aliis ceremoniis; & in necessitate; Valet tamen inter Patrinum, et Matrinam, S. Pius V.; & inter Baptizantem, et Matrinam, & cum Patre, qui fuit in illo tempore baptismi; infantis, Tourn; quia non subjacet Ecclesiæ, & inter Patrinum, & Matrinam in supplemento

dimittat

duntur ad Cæremoniam cum baptizato & parentibus; quia non sunt vere Patrini ex defectu Sacramenti jam antea collati, inter procuratorem Patrini cum baptizata, & parentibus; quia non contrahit cognitionem, cum non proprio, sed alieno nomine assistat, Nic. Grimaldis, qui impedimentum contrahit, licet baptizans ex commissione illud contrahat; quia agit in persona Sti; nec contrahunt in Ordine ad petendum debitum Parentes baptizantes in mortis articulo propriam prolem legitimam, Joan. VIII. et Gaulus V.; & ex baptismo levantes ex ignorantia facti invincibili, putantes esse alienam, Lap. sic vir; nec alii eadem facti ignorantia ducti, Ta. uncly; sic levans filium Petri, existimans esse Pauli non incurrit cognationem spiritualem cum Petro, ac illius filio; quia non habet intentionem fungendi munere Patrini respectu filii Petri, et nemo invitus Patrinus censeri debet, Sanch. Roae, et alii apud Joum; nisi intentionem haberet suscipiendi infantem præsentem cujuscumq; sit, sic baptizans filium Petri putans esse Pauli cognationem incurrit; quia tenetur habere intentionem baptizandi personam præsentem ibid. baptizans tamen prolem Concubinæ, & alterius extra Matrimonium in necessitate contrahit Cognationem Spiritualem. Vasq. et alii apud Joan. quia lex favet tantum Matrimonio punctis. si plures admittantur Patrini, quam Conc. Trid. permittit, sine duor permissor assignatione & impertia Parochi, omnes contrahunt Cognationem, Nav. et alii apud Joamely, et Sac. Congregationem ita declarasse asserit Fagnanus.

5o. Invalide contrahitur Matrimonium inter adoptantem, et filiam adoptatam, et posteros usq; ad 4tum gradum inclusive; et intra adoptatum, et filiam adoptantis legitimam, et

quamdiu manet in potestate adoptantis; bene autem est validum cum illegitima, & cum alia adoptata, ℣ mortuo adoptante, ℣ adopto emancipato, etiam cum filia emancipata adoptantis, quia tunc cessat impedimentum, Cap. ff. adoptio. Cap. 6. Causa 30. Quæst. 3. et adoptantis cum Matre adoptati; quia inter istos nulla est Cognatio.

HINC IV. Ratione Criminis, invalide Contrahunt Matrimonium, 1o mutuo Consensu ℣ Conspiratione occidentes Conjugem, ff. se, ℣ alium physice, ℣ moraliter suadendo, mandando, cum intentione postea invicem contrahendi Matrimonium.

2o Committentes adulterium, cum promissione etiam ficta Matrimonii, ℣ Conditionata, Nav. apud Tour.; quia utraq; eg ad homicidium inducit, ℣ si post adulterium facta fuisset promissio Matrimonium contrahendi cum adultera, Tour. et Communis.

3o Commisso adulterio sine fide data de futuro Matrimonio occidens Conjugem etiam sine conspiratione, ℣ Consensu adulterę, et cum intensione cum ipsa contrahendi; ℣ durante actuali Matrimonio contrahens cum alia etiam si postea propria Uxor moriatur, non potest cum 2a matre, nec de novo contrahere, Cap. fin. hoc tit. Tournely; quia æquivalet adulterio cum promissione Matrimonii futuri; nisi bona fide ignorasset, Matrimonium jam esse ulterius, modo ignorantia non sit culpabilis Tournely; quia, cum non excusat a peccato adulterii, non excusat a pœna, Cap. fin. hoc tit. apud Tournely; valeret tamen Matrimonium

2o

primo si dato veneno mors non fuisset secuta, ṽ solum in cura Medici Cᵒ si excodio, vindicta, ob rixas, Avaritiam, ṽ in adulterio deprehensam Conjugem ouidisset sine fide de Matrimonio futuro, ṽ sine intentione vacista Conjuge, cum complice contrahendi, sed cum alia Conivg Lajman et alii; ṽ solum intentione implicita tacendo, Tournely: ṽ nullo signo exterius manifestata, G. Serv.; quia non noiva; ṽ si ouista Conjuge Matrimonium modo premittant; quia Canones stricte interpretandi, Cap. Laud de Conviv. infid.; ṽ fide solum mortua uxore data, Toum.; ṽ si non fuisset acceptata, ibid; ṽ si adulterium cum promissione Matrimonii non fuisset ubiq notum, sed dari cum esse uxoratum, fuisset Ignoratum, Sanch. et Comm.; ṽ si fuisset solum putatitium morte Conjugis ignorata; ṽ si promissio fuisset revocata ante adulterium, G. Serv.; secus si postea revocaretur, Bill.; quia impedimentum jam esset contractum, non autem antea; ṽ si consilium, ṽ mandatum non influxisset in mortem Conjugis, Toum.; ṽ si vivente uxore propria cum alia contraxerit, ipsa ignorante, esse uxoratum, non solum potest mortua priore uxore, sed tenetur ei nubere, Toum.; nisi postea consenserit cognito Matrimonio Mariti, ibid. ṽ si cum secunda non consummasset, ṽ solum post mortem propriæ uxoris, potest, ac tenetur quoq ei nubere; quia non concurrit adulterium simul cum promissione Matrimonii.

HINC V. Ratione Cultus disparitatis, Etiamsi invalide contrahit cum Judæa, ṽ Ethnica etiam Catechumena, valet tamen Matrimonium infidelis cum infideli, ṽ Catholici cum hæretico, sed hoc semper illicitum, nisi cum Dispensatione pro valide illicitum, nisi cum Dispensatione pro bono publico Ecclesiæ, Regnorum pacis, ac familiæ concordiæ, cluso tamen perversionis periculo, et excluso pacto educandi partem infantium in Religione hæretica; quia intrinsece malum, ita præcipit Ecclesia,

In

In Tranmia ubi hæretici passim cum Catholicis contrahunt pars Catholica etsi utrumq; sexum proclivum adigere ad fidem ob Constitutionem politicam neq; valet; omnis tamen modo suavi adlaborare tenetur ut in fide Catholica educentur.

Ad C. VI. Latione vis, ℣ metus, Invalide contrahit metu mortis, mutilationis, gravis corporis cruciatus, gravium verberum, servitutis, ℣ amittendi instrumenta, quibus libertas probari potest, Captivitatis, quæ & quædam servitus, exilii, Carceris diuturni, et violentiæ atrocium, amissionis Status, stupri, sive in viro, sive in femina, S. Thom.; quia prædicta mala de jure, ℣ de Communi Doctor sententia metum gravem constituunt, apud Soum; etiam propinquis personæ ducendæ inferenda, ut ejus Patris, Matris, Patrui, Amitæ, Fratris, Soror, Pothmely; Valeret tamen Matrimonium metu stupri, ℣ aliorum prædictorum malorum promissum, postea tamen transacto periculo sponte contractum; quia liberum erat illud Carere, aut Judicii, ℣ Patentibus aperire, et reclamare; ℣ si post Matrimonium ex metu gravi contractum habita fuerit copula sponte, et affecta maritali, id est animo vivendi conjugaliter, S. Thom.; S. Bonavent, S. Antonin, et alii; quia suppletur Consensus, qui defuit; ℣ si spontanea ac diuturna cohabitatio, etiam sine copula, ex Cap. 21. de Spons. et unanimi Canonistarum doctrina; quia est signum sufficiens novi consensus; non ℣ valeret, si copula vi, ℣ metu gravi fuisset extorta, ℣ spontanea, sed non animo Maritali fuisset habita, et uterq; Conjugum graviter peccat, Soum; quia copula in utroq; casu & fornicaria, ac intrinsece mala; sed tamen extorta copula censetur sponte, et affectu maritali habita, nisi contrarium probetur, Ca. n. 30. de spons. nec valeret cohabitatione, si etiam sublato metu non auderet, nec posset reclamare, ℣ fugere, ℣ si in utroq; casu ignoraverit, Matrimonium metu gravi contractum esse invalidum, Navar. Sylvester et alii; quia propensior consensus non majorem habet vim, quam prior, cum imitetur, et erret circa personam, putando, se audere

accedere ad suam, qvæ non est, impedit Consensum, qvem pars sibi erronè affecta, & invalidum tem compertam habuisset, in Copulam, & habitationem non dedisset.

2o Metu infamiæ Juris, Tourn.; ut si deprehensa in crimine infami Matrimonio ob communicationem accusationis consentiat, ne prodatur; quia, licet juste possit accusare, injuste tamen exigit Matrimonium; Nebis tamen esset metus juste & fortis, ne innocenter de crimine non commisso diffametur, Tourn.; quia implorato Judice, ab ea legis, liberari potest S. Thom. Cont.; nisi ex circumstantiis, ut si aliund suspecta, & accusationis probitate gravem in fama lesionem timeret.

3o Metu excommunicationis injustæ, si non nisi difficulter & appellationem ei obviari possit, Tourn.; qvia gravis est poena, ac diffamatio, et ad vitandum scandalum etiam excommunicatio injusta admodum urget, multisq bonis privat; non vò metus excommunicationis justæ, ibid.; qvia facile vitari potest parendo Judicii.

4o Metu amissionis omnium bonorum, vel majoris, aut notabilis illius partis, vel lucri necessarii, aut notabilis, Tourn, Sanch.; qvia tùm constans jactura similium bonorum terreni solet; amissis tamen omnium bonorum Artificis consistentium in modica pecunia summa, qvæ suo labore facile lucrari potest, non grave damnum censeretur, Tourn.; ac proinde nec metum gravem incutere potest.

5o Metu reverentialis Parentum, tutor, Magistratuum, & alior animo repugnante, ac quasi invito contrahens, quibus ob reverentiam ipsis debitam, et verecundiam resistere non audet, cum minis nigi de tractationis, Verberum, periculo diutumæ offensionis, difficilis, ac morosæ cohabitationis, Tourn, Bill.;

cum

Cum asperitate vultus, verbor in hunc finem immisso; quia considerata etate delicti, presertim foeminei sexus respective gravis, et libertatem dque, ac cadens in Constantem Virum minuere; idem dicendum, si mee nimis importune cum reverentia personae consensum a timido, ac pusillanimi sexu simulexto queant, Sanch. et alii; v. Principis, qui servire solet in eos, qui blanditijs suis resistunt, Auth. Cit.; Non vo irritatur Matrimonium Metu proveniente ex solo pudore, verecundia, respectu Parentum; quia censetur metus levis secluda comminatione verborum, cohabitatione admodum difficili, ac morosa, Joum. et alij nec si esset ex speciali meticulosa indole; quia pia non attendunt id, quod in particulari, sed quod in communi fieri solet; nec si minae prodeant abeo, qui multamini, et nihil, v. Ianum eo qui solet, Joum.; quia hujusmodi minae contemni, et virum constantem non movere solent, sicus si eas eo qui consoverint, v. si sint abeo, qui sit atrox, ac crudelis, ac servire solitus, cum ejus voluntati resistitur, etiam si minas verbis non adhibat: v. in dubio, Joum.; quia nemo experiri vellet, an vir Authoritatem habens Mala seio minetur, ibid.; et vultus terribilis, iri potentis, et frons ad terrorem composita efficaciùs plerumq minas indicant, quam lingua, Deciu, et alii Iuris Consulti apud Sanch.; et indignatio Patris cum asperitate vultus respectu puellae metum gravem in filia censetur inferre, si diuturna praevidicatua, Joum.; quia admodum grave est ante oculos Patris, v. alterius offendi, et in odio dierum eo probrantis versari. Sicus si amica Patris boni indolis reconciliationem brevi futuram annunciaret.

6a Invalide contrahit lethali febri oppressus cum filia Medici, aliter ei mederi nolentis, si d. Communitati sit conductus, ut omnibus loci incolis medeatur, v. si solet sit in loco, Joum. et alii; quia etiam si non teneretur ex justitia absq stipendio mederi, sine injustitia tamen non potest alteri

quam

quam legibus permissum exigere, et aegrotum ad Matrimonium cogens, metu, vitam defectu Medicii amittendi, in utroq casu libertatem ejus graviter ledit, non tamen ita tum esset Matrimonium, si nullatenus esset obligatus, ac aegrotus alium habere posset Medicum, et Matrimonium tamquam stipendium operae sue proportionatum exige ret, ibid. Sanch., Solo, et alii; quia timor mortis urget ab intrinseco, et liberum est ei ff. alium Medicum vitae sue remedium quarere, quamvis haec opinio non careat difficultate, praesque, si non idem, ac eq secundum aquid dum habere possit remedium.

Minor esset difficultas, si aeger proprio motu se ad Matrimonium obtulisset, sic Vo Valet Matrimonium, si Matrimonium obtulisset, sic Vo Valet Matrimonium, si Stupratur Parentum iram placandi causa sponte instat Stupurator Parentum iram placandi causa sponte instat monium se offerat; v si quella ad evitandam mortem a funibus, v sicario Matrimonium transeunti inferendam, ut eum feral, promittat; v si Princeps in Civitate ab hoste obsessus proprio motu Matrimonium cum filia ob dentis sponsae, ut urbis sue excidium avertat; v capite damnatus, ut evadat incolumis, meretricem, v aliam, se in Matrimonium offerentem, v a Judice oblatam, ducat, apud Tourn.; quia in praedictis metus non in hunc finem incutitur, sed metu Contenti sponte ff. Matrimonium sibi vitae conservandae remedium quaerent, etiam si obsidio, v mortis damnatio injusta esset, nec do metum incutiens Matrimonium non intendat, nec illud pro auferenda injustitia offerat, Tourn.; quia tunc idem esset, ac si Civitas excidium, v injusta sententia executio minaretur, nisi oblata aut esset matrimonium acceptet.

2o Valet Matrimonium Concubinarii metu mortis instantis ex morbo, Naufragio, tempestate, bello, v metu gehennae cum Concubina contractum, Tourn.; quia metus non est a causa libera in hunc finem incussus.

3o Sponsalia Contracta ff. excommunicatio nem ad Contrahendum Compulit; v data Matrimonii fide in Stupro deprehensi a Stupratae aequalibus et consanguineis, v a Judice ad Matrimonium cum Stupratae inducti, Tourn.; quia in neutro casu metus est injustus, cuius accusandi, et ad Matrimonium cogendi habeant.

Secus

scius si parentes mutilationem, & mortem ff. semiferendam minando stupratorem ad ducendum stuprata tam induxissent; quia metus esset injuste incussus, cum jus propria authoritate vulnerandi, & occidendi non habeant, & si Judex, aut parentes stupratorem mandata ab ea fide ad Matrimonium cogerent, Joann. Lens. quia jure saltem communi eam tantum dotare, & ducere tenetur, nisi alia sit loci consuetudo, & ratio. Vide C. I. Pag. 366. Nro 2.; & si Judex secundum allegata, et probata, falsis tamen testibus de stupro fuisset convictus; quia radicaliter, et in re metus est injustus, & si Judex cogeret ad ducendam, cui fidem dederat, quæ postea tamen fornicata est occulte, ita ut probari nequeat, Joannely; quia in conscientia non tenetur eam ducere.

H. I. N. C. VII. Ratione Ordinis, post susceptionem subdiaconatus, & Diaconatus, & Presbyteratus invalide contrahitur Matrimonium; non tamen inter hi Ordines Matrimonium Antecedens,

H. I. N. C. VIII. Ratione publicæ honestatis, 1o Invalide contrahit Sponsus post pubertatem resiliens, & mortua Sponsa, cum Sorore, & Matre, aut filia Sponsæ propriæ; quia contraxit cum istis impedimentum publicæ honestatis. 2o Invalide contrahit cum Neptæ Conjugis in Religione ante Matrimonii Consummationem professa, & Clandestine juncta; quia etiam ex Matrimonio rato dissoluto ff. professionem Religiosam, S. Cong. Card. Conc. Trid.; et ex Matrimonio invalido, modo non sit ex defectu Consensus nullum oritur impedimentum publicæ honestatis, ut declaravit S. Pius V. Quamvis non oriatur ex Sponsalibus nullis, Conc. Trid.; valeret tamen Matrimonium non si cum vidua fratris Sponsæ; quia est tantum affinis propriæ Sponsæ, & cum Sorore Sponsæ, & si

prius Matrimonium fuisset contractum cum errore
vel Metu gravi, vel in Amentia, quia fuit nullam de
facto Consensus.

H.I.N.C. IX. Ratione Affinitatis, Invalide contra
hit Sponsus cum Sponsa, cujus Sororem, vel Matrem antea cog
novit, etiam si ejusmodi cognitiones, vel Stupra
fuerint Matrimonium, Si cum prima Consanguinea precaverit;
est Matrimonium, Si cum prima Consanguinea precaverit;
quia non fit propterea cum Sponsa affinitas: nec si cum
Sorore Sponsæ Copulam solum imperfectam habuerit ante
si contrahat Balduc, et filius, cum Matre, et Filia; quia per
Matrimonium Balduc cum Matre Filius non fit affinis
cum Filia; nec si duo Fratres contrahant cum duabus
Sororibus; quia per Matrimonium Fratris, non fit alterius
Sororibus affinis cum altera Sorore; nec si vidua contrahat cum
Marito Sororis primi Mariti sui defuncti; quia solum
Marito Sororis, primi Mariti sui defuncti; quia solum
cum Sorore proprii Mariti, non eo cum illius Marito fit
affinis: affinitas enim non parit affinitatem; nec si quis
habeat successive vicibus a duobus fratribus relictas, cum
non fiat affinis cum altera: nec Virgo habet Matri,
aut Sorori, aut filiæ Noverce sue, Per.; quia licet
Novercæ fiat affinis cum ipso, non eo ipse cum illius con
sanguineis. Nec si ex duabus vicibus una habet filio uni,
et altera filio alterius, Vg. Agnes filio Lucii, et Lucia
filio Agnetis, quamvis in hoc casu posset una dici
ne de filio alterius post ea nato, esse filium filii sui
et Fratrem Mariti Mi, Joh. Tauri; quia est natus et filio
suo, et a Matre Mariti sui, suum Maritum esse
fratrem Nepotis sui.

H.I.N.C. X. Defectu Presentiæ Parochi, invalide con
trahitur Matrimonium, ubi viget Conc. Trid, absente
Parocho, vel presente, sed cæco, vel dormiente, vel ebrio,
vel amente, quid agatur, vel non in hunc finem, sed connivendi
gratia adhibito; quia non assistit formaliter; vel non proprio,
vel uno solum testi adhibito: valent tamen Matrimonia co
ram Presentia Parochi. 1o In Hollandia vi Constitutio
nis Benedicti XIV. Anno 1741. licet Conc. Trid. ibi fu
erit promulgatum. 2o Margaritam Casmonsem de Man
dato Philippi IIdi
2o Et Ecclesia indulgentia inter hæreticos, et Catho
licos cum

cum hæreticis, et inter solos Catholicos mitam locis hæreticor, ubi carent Parocho, vel Epo, aut alio sacerdotibus ad id deputatis, vel ad illos dum accessus non pateat, adhibitis duobus, vel tribus testibus, Congr. Card. Anno 1603.

3o In Anglia, vel alibi, ubi Conc. Trid. non est receptus, etiam expressa ibi in hunc finem habentes; Bill. alii; quia non fraus, sed jus habitationis iis patrocinatur; etiam peregrini, et libi transeuntes, ibid.; quia tam tenentur ad festa, et jejunia, quam est ut sentientes incommoda, sentiant etiam commoda, et favorem Ecclesiæ, accepta in his fraude; quia, cum habitatione sua non deguirant, nec ipsis dolosis, ac fallacibus Ecclesia favere censetur, Urban VIII.; et si sint diversæ Parochiæ, unus ubi Conc. Trid. est publicatum, et alius ubi non est publicatum, valet Contractum Clandestine in loco, ubi non est publicatum, Congr. Card.; quia sequitur valorem loci; Sic valet Contractum ab infidelibus non baptizatis, etiam ubi viget Conc. Trid.; quia non sunt legis Ecclesiæ subjecti; secus si Angli, vel alii hæretici in Gallia, vel alibi, ubi est receptum, sine præsentia Parochi, ac testium contrahant, quia tenentur legibus loci.

4o Valent Matrimonia hæreticor, coram ministro hæretico sine testibus contracta; quia facile Ecclesia dispensare censetur, et contentos ad Matrimonium etiam ratum, ac liberos legitimos habet, declar. Pœnit.

5o Valet Matrimonium, si Parochus, quamvis in alterâ Parochia, vel Diœcesi assistat; quia assistentia non est actus Jurisdictionis Contentiosæ, Pagnanus in Cap. Licentiam, vel si occasionaliter convivandi, et consolandi causa, vel casu, vel contradicens assistat, Theodor Charm.; modo ad Contrahendum fuerit adhibitus; quia non consensus, sed assistentia dumtaxat a Conc. Trid. requiritur; vel si assistat contra prohibitionem Epi, S. Paul. Lugd. et alii; sed non licite, etiamnon dum esset sacerdos, valide assistit, S. Congr. Card. Conc. Trid.

Secundus

Seruius tamen ℔, ut nondum sacrando abstineat Iourn.; non potest autem delegare nisi sacerdotem; Conc. Trid. Sess. 24. Can. 1. de refor.; nec sufficit habitio, nec delegatio non acceptata.

6e Etiam valet, si esset suspensus, excommunicatus, v irregularis, S. Congr. Card.; modo non sit publicus haereticus, Bill.; quia privatur jurisdictio, ne, ac cessat esse Parochus, v si esset intrusus sine titulo Colorata, Iourn.

7e Valet coram alieno Parocho, si contrahentes sint vagi; quia non habent Proprium, non tamen tenentur inquirere, nisi post diligentem inquisitionem, et cum licentia Ord. Conc. Trid. Sess. 24. Cap. 1. Rit. Arg. ut supra dictum ℔.

8e Valide contrahunt Studentes in Universitate, Tirones militiae, famuli, mercatores, milites, praesidiarii, licet breui ibi tempore habitent, et non intendant ibi habitare, modo ibi non sint soluti recreationis, v aurulia exercendi causa, et non statim ad sumum domicilium sint reversi, S. Congr. Conc. Trid. Fagn. in Cap. Scripsit, etiam si illi excesserint metu, nec Matrimonium impediatur, ad alibi contrahendum migrasse ut, modo prius in hoc casu in Gallia S. Sebastianense et eam Diocesi, et S. amicum et diversa, ibi commorati sint; quia licet fraude domicilium mutaverint, Iure tamen inde consecuto, et non fraude contracto.

9e Valet Matrimonium, etiam si Ipsi sint Consanguinei, infames, excommunicati, impuberes, foeminae infid. Ord. quia prauis Ecclesiae illa approbat, nec stat matrimonia fieri clam ambigua.

10e Etiam valet Matrimonium, si coram Parocho, et testibus contractum et alio impedimento occulto huiusmodi nullum, si clam renovetur Consensus, si tunc non datur coram Parocho, et testibus renovari negotium, Sanch. Nav. citans S. Pium V.; quia in hoc casu censetur Ecclesia solemnitatem non exigere, sicut si Parocho, et testibus impedimentum constet; ut probabilius sit, ut in foro etiam externo, v mutuo foro dispensatum fuerit, Congr. Laid. Conc. Trid.

Finis

AJNC XI. Ratione Raptus invalide contrahit raptor cum rapta, 1º etiam si rapta postea consentiat, nisi sit in loco tuto, ac libero, Conc. Trid. L. 24. 2º Etiam si ipsa muneribus blanditiis, et consentiente fuisset abducta, invitis tamen parentibus, saltem pleta tutiorem, Auct. Citt.; quia est raptus seductionis, et talis consensus non videtur magis liber, quam metu gravi, et reverentiali obtentus; et blanditiis in materia naturae corruptae, ita consentanea a sexu fragili saepe difficulter resistitur.

3º Etiam si non Matrimonii, sed libidinis causa fuerit abducta, Tourn, Cabass. Bonac. Hemo et alii; modo postea vel expleta libidine, rapta vi teneatur ad Contrahendum Matrimonium, Bill.; quia retentio Matrimonii ineundi causa rationem raptus habet ibid. 4º Etiam si rapta sponsalia promiserit, sive sine consensu Parentum, vel etiam consentientibus parentibus, ipsa tamen invita fuerit rapta, Billu. Pont. et alii; quia licet habeat jus ad compellendum via juridica sponsam ad Contrahendum Matrimonium promissum, non tamen via facti, cum non possit esse Judex in propria causa.

5º Invalide contrahit cum rapta etiam si post 25 annos contraxerit, si antea fuerit rapta seductione, Tourn.; secus si postea fuerit seducta, ibid.; quia post 25 annos non amplius est sub parentum, ac tutorum potestate, Henricus III. Edict. Bless.

6º Etiam si foemina rapiat virum, Tourn. quia in viro eq. ac in Muliere libertatem aufert, et licet Conc. Trid. de solo raptore loquatur, quia raptus raro a muliere fieri solet, raptricem tamen etiam ob identitatem rationis comprehendere videtur. Contrarium tenet Thom. et Char. Bill. et alii; quia Conc. Trid. in hoc casu de solo loquens raptore, in hac re, utpote odiosa, non debet ultra literam extendi, et censetur, solum voluisse infirmiori sexui, ac frequentiori malo consulere, non eo casum insolitum comprehendere. Unde in praxi, cum impedimentum videatur dubium, consulendus est Episcopus. Si tantum eam de uno cubili in aliud, aut in agro inventam per paucos passus duceret, Tourn. 7º Si seductione rapta fuisset bonis moribus instructa, sed corrupta: quia non censetur seducta, Tourn. nisi a crimine destitisset. ibidem.

Queritur 6º

Quæritur 6º Quisnam in Impedimentis Matrimonii dispensare possit, ob quas Causas dispensatio dari soleat; et quomodo revalidari debeat Matrimonium invalide Contractum.?

5to. Nec Censuras incurrunt laborantes ignorantia invincibili, etiam concomitante, vel venialiter solum culpabili, sive Juris, sive facti; bene autem mortaliter vincibili crassa, aut supina laborans, Bonif. VIII. nisi essent contra scienter, temere, consulto violantes aut presumentes latæ; quia ignorantes etiam vincibili aut presumentes scienter, temere, consulto agere, vel mentiri non censentur scientes, temere, consulto agere, vel mentiri, nisi ignorantia esset affectata, Toum. Var.; sic scienti percussionem Clerici Jure divino, non vero Jure Ecclesiastico prohibitam, vel prohibitioni ingressui in Claustra Monialium ab Ecclesia annexam esse Censuram, ignoranti eas non incurrit; quia non est Consuetudinaria, sic occidens Clericum, putans invincibiliter esse feram, non incurrit Censuras, nisi rei illicitæ vacasset, licet libentius occidisset, vel obtasset esse Clericum, secus si diceret, se velle occidere, sive feram, sive clericum, sit quia tunc homicidium est sufficienter voluntarium, Tournely.

nec

Nec incurrit Censuram percutiens laicum, putans esse clericum, vel putans percussioni laici annexam esse excommunicationem; quia non conscientia erronea, sed superior inducit Censuram, ibid. Sic advertens ebrietatem, et ex ebrietate percussionem Clerici, vel homicidium secutum, Censuræ subjacet, Tourn.; nisi posita causa advertens periculum arma abscinderet, vel sub sera se includi curet, Tol. et alii. Sic dormientes, bibuli excusantur, si mala in somno secutura caverint ibid.

6to dubitans an Actionis, VG. Lectionis libri hæretici annexa sit Censura, eam incurrit, si recipsa ei in illo loco annexa sit; quia satis ex consuetudine, si dubitet de actione præsenti post adhibitam sufficientem diligentiam, an excommunicatus sit, se gerere debet ut excommunicatus, sive dubium sanis, sive facti sit, Tourn. et alii, contra alios, et in praxi saltem communius. Unde dubitans, an excommunicatus sit, non laborans pro cognoscenda veritate, temere se sacris ingerit, Tourn. Suar.; quia periculo se exponit; et stante dubio non curans prius absolvi ad cautelam, imprudentissime agit; Tourn. Suar. Censura tamen de se Papæ reservata ei non reservatur, cum vere sit dubia, Tournely, et alii ibidem.

7mo Nec ex metu gravi, ut mortis, mutilationis, infamiæ in circumstantiis, in quibus excusat a mortali, transgrediens legem incurrit Censuras annexas; sic etiam Mobialis occulte in Censuram lapsa nondum absoluta, homicida nondum obtenta dispensatione, Irregularitatis, ad vitandum scandalum, infamiam, detractionem, gravem proximi periculum, et necessitatem, possunt Chorum intrare, communicare, celebrare, absolvere, et, Præmissa contritione, et si possint, præmissa confessione, quia lex Ecclesiastica in his circumstantiis non obligat; contra metu mortis committens mechatum, vel Sodomiam, Censuras incurrit; quia in his metu non excusat a peccato,

cum

cum sint intrinsece mala: nec Censuras incur
runt impotentes Moraliter obedire mandato
ob periculum infamiae, Scandali, gravis damni,
etc; quia impossibilium nulla est obligatio Leg.
184; et Impotentia moralis excusat a peccato
in lege humana; nisi V.G. sub excommunicatio
ne ad solvendum infra Mensem obligatus, prae
visa circa finem Mensis, pro Solutione impoten
tia, non antea Solvisset, Suar. et alii Com; po
test tamen ab ea praeservari offerendo Judici satis
factionem, vel Cautionem ante tempus elapsum,
Suar; nec incurrit, si consentiat pars laesa, vel remit
tat injuriam, vel debitum, ob quod solvendum Cen
sura lata est, vel terminum proroget; quia Judex
non intendit ligare, nisi juxta voluntatem Leg;
in cujus favorem Censura lata est; nisi simul in
odium delicti esset lata. Bene autem eam in
currunt appellantes a legitime lata vel post
conditionis eventum, Innoc. III. Cap. Pastor: quia
impleta conditione, fit absoluta, et absoluta ex
ecutionem secum trahit, et nihil potest opponi,
cum fuerit citatus, ac auditus; bene autem
contra sententiam declaratoriam potest opponi,
Judicem sibi esse offensum, ignorantia legis, inad
vertentia, etc.

HINC. 3º Uno ictu tres occidens, tres incurrit Cen
suras, quia tria committit homicidia: percutiens Mo
nachum simul Clericum duas excommunicationes in
currit, unam ob irreverentiam Statui Clericali, et
alteram Religioso inflictam, Tournely; qui vero percu
tit Sacerdotem, qui simul est Diaconus, et subdiaconus,
vel pluribus ictibus non interruptis, unicam incurrit
Censuram; quia est unicum Nro peccatum, et Contuma
cia; qui vero plures, etiam sine interruptione cum eadem
delictum committit, plures incurrit Censuras; quia quae
libet actio suum habet terminum, et Contumaciam novam

contra

Contra legem prohibentem Sub Censura, Toum; quia agit Contra legem a pluribus ejusdem potestatis Superioribus successive latam, V.G. a pluribus Summis Pontificibus, vel Episcopis, unicam incurrit Censuram; quia leges sunt tantum materialiter diversæ, plures vero in actu, si lex sit a pluribus diversi Ordinis, ac gradus, puta a Papa, et Episcopo, si quilibet novum modo conferre intendat; quia licet unicum esset peccatum, Iudex tamen cujuslibet violatus, et duplex est contumacia, Toum.; videtur tamen S. Thomas contrarius; quia contumaciæ coalescunt in unum peccatum, ibid.; in præsenti absolvantur ab omni.

4. Quæritur 4to Quinam possit absolvere a Censuris? Dico. Potest 1o absolvere in foro externo a Censura ab homine pro sententiam particularem lata solus, et omnis ille, qui eam tulit, et ejus Successor, Superior, vel delegatus ab eo; quia illius est solvere, cujus est ligare. 2o A Censura a Jure, vel Statuto lata valet vata Solus illius Author, vel Successor, vel illius Superior, vel ab ipso delegatus, Cap. Nuper de Sent. Excom.; ubi Episcopi quoad Censuras Papæ reservatas ex delicto occulto, vel ob impedimentum Canonicum. 3o Potest quilibet Confessarius approbatus absolvere a Censuris non reservatis, Toumely. 4to In articulo mortis etiam potest quilibet Confessarius absolvere a reservatis salutem impedientibus, Conc: Trid. Sess. 14. Cap. 7.; etiam si esset excommunicatus, et denunciatus; quia nunc saltem ita docet Communior Toum; et in necessitate melius est medium dubium, quam nullum; hac tamen conditione, primo ut moribundus convalescens Sub poena reincidentiæ ipso facto sine nova Sententia ad Superiorem, vel ejus delegatum recurrat, non quidem pro Nova absolutione sed ut mandata illius subeat, Cap. eos de Sent. Excom. in 6. Qui tenetur tamen Janis videtur de eo loqui, qui post Sententiam Judicis fuit ligatus, Auth. Supra Citatis Pag. 137. debet eg a Confessario Sub juramento ad hoc obligari, Cap. Quambis de Sent. Excom.

Cap.

2a

2º Ut Pœnitens juramentum præstet de Mandatis Ecclesiæ, et non committendo in posterum tali crimine Cap. de Cetero et ex Tenore de Sent. Excom.; 3º Ut prius parti læsæ satisfaciat, vel non potest, cautionem fidejussoriam, vel ignoratitiam, vel saltem juratam præstet, Cap. fin. de Sepult.; vel heredes ad damni reparationem instrumento authentico obliget; nisi satisfactio sponte fuerit remissa, vel oblata fuerit rejecta, debetq a Confessario sub juramento ad hoc obligari, Cap. Quamvis de Sent. Excom.; & præcipue ubi istæ conditiones præscribuntur, ut in Diœcesi Basilensi instructione Pastoral. Artic 4. S. 6. Nro 4.; Quælem Regulares habeant potestatem circa Censuras, vide Tract. de Pœnitent. vol. S. Quæst. 11. Sine 2. Nro 4. et 5.

4 Q. N. C. 1º Potest Summus Pontifex absolvere omnes Censuras a quocunq latas in tota Ecclesia. 2º Metropolitanus in sua Provincia, a suo Suffraganeo latas; sed jure duntaxat visitationis, vel appellationis, si injustam, aut dubiam invenial; quia in his casibus Solum habet Jurisdictionem, Cap. Venerab. de Sent. Excom. 3º Episcopus a se contra suos Subditos latas, et ejus Vicarius, ac Capitulum Sede vacante; non vero Abbates Jurisdictionem quasi Episcopalem habentes, Suar. et Declar. Card. apud Roum.; nisi etiam a se latas in suos Subditos; item potest Episcopus absolvere Censuras Papæ reservatas et delicto occulto ad forum contentiosum non deductas, modo ipse, et Pœnitens sit in Diœcesi; quia videtur intelligere Cone: Trid. expresse dicendo: in sua Diœcesi, Roum.; bene autem potest extra Diœcesim absolvere a se latas; quia, si potest Parochus ubiq absolvere suum Parochianum sibi subjectum a peccatis, cur non Episcopus a Censuris, saltem in foro Conscientiæ, non obstante alia prohibitione;

non

Non ẽo Censuras ex Crimine, quod ex Confessione Rei in Judicio, ẽ ex Judicis Sententia Constat; quia ſt notorium Juris, nec ſi nulla dergiversatione in majori parte vicinia, ẽ populi celari queat; quia ſt notorium facti; attamen minori Numero quam decem, non Constituitur populus, nec Parochia, ita in Jure Cap. unico; nec Crimen ante Judicem deductum; ſi probatum non fuerit, notorium, ſed occultum censetur, Congr. Catb. Cabaſſ; potſt tamen Epus absolvere, ſi sint de delicto notorio ob impedimentum Canonicum, ſic Monachos, ac Regulares, Moniales, Conjugatas, juniores, Viduas, puellas, filiis familias, impuberes, pauperes, senes, Valetudinarios, et alios, qui salva vita, libertate, ac rebus suis Romam ire nequeunt; quia omnes isti laborant impedimento Canonico, aliud Journ.; cessante tamen impedimento sub poena reincidentiæ Sedi Apolicæ, ẽ illius Legato se sistere tenentur, mandatum illius humiliter suscepturi, et exepti, Lucis ante, ẽ post libertatem absolutis Greg. IX et Bonifacius VIII.

5. Quæritur 5ᵒ Quomodo danda sit Absolutio a Censuris?

Dico. Pro Absolutione danda in foro externo servandum ſt Rituale cujuslibet Dioeceſis, et in foro interno pro validitate ſufficit forma cap. Absolutionem sufficienter exprimens, ut Absolvo te, licet simul esse a peccatis, modo ab illis absolvere intendat, Cr. Sen.; quia nulla certa ſt præscripta, et ex intentione Ecclesiæ et præsentis intelligitur a Censuris natura prius, et postea a peccatis: Sacerdos tamen addidit, a Censuris, et a peccatis, cum forma Ordinaria, te absolvo ab omni vinculo Excommunicationis, etc. non ẽo ſufficit solis Signis, ẽ Nutibus, ab inferiore Summo Pontifice licet. Sufficere posſt in Scriptis Cr. Ser.; quid non ſt Sacramentalis.

Absolutio potſt dari absolute, ẽ Conditionate, ẽ cum reincidentia non servantis sub nova Culpa pœ tanda, ẽ

v ad Cautelam, qua datur appellanti provisionaliter, pro lite prosecutione, v poenitenti an te Absolutionem a peccatis, v ante electionem pro illar validitate, etiam extra Confessionem, et absenti, quia sicut absens potest contracta ligari, etiam potest absolvi, Tournely; etiam invito, modo a contumacia recedat, ibid; debet concedi eam petenti, et a contumacia recedenti, Tourn.; publice denunciatus absolutus in foro solum Conscientiæ, Vg tempore Jubilæi, debet adhuc absolvi in foro externo, ut publice se gerat quasi absolutus; et ne in foro externo contineri, v denunciari possit Tournely.

Quæstio Secunda.

De Excommunicatione.

Quæritur 1o quid, et quotuplex sit Excommunicatio? R.

Resp. 1o Excommunicatio est Censura, p. quam homo baptizatus privatur ex toto, v ex parte aliquibus spiritualibus bonis Communibus a dispensatione Ecclesiæ dependentibus, scilicet Consortio fidelium, participatione Sacramentor, et Communibus Ecclesiæ suffragiis.

2o Alia est major, qua aliquis omnibus prædictis privatur Ecclesiæ bonis Communibus, et hæc ordinarie Nomine Excommunicationis simpliciter in Jure intelligitur. Alia est minor, qua aliquis privatur aliquibus bonis, nimirum Communione passiva Sacramentor, et electione passiva ad beneficia Ecclesiastica. Porro Excommunicatio Major alia est tolerata, quem fideles vitare non tenentur; et alia non tolerata, quem vitare tenentur.

Quæritur 2o

7. Queritur 2° An Excommunicatio in Communitatem lata sit valida, et quinam Excommunicationem incurrat.

Dico Excommunicatio in Communitatem, Collegium, seu Universitatem lata pro delictis præteritis valida est pro nobis, Sylvius et alii apud Tourn; quia nullibi in Lege invitatur, et licet in foro interno non liget in solidum, palam tamen uti Excommunicatus se gerere debet, donec suam probaverit innocentiam: non tamen licita est, 3ma III, S. Thom.; quia insontes simul paterentur, nisi constare de Crimine, et Contumacia singulorum, Tourn; licita est pro delictis futuris contra omnes Communitatis VG. qui blasphematuri sunt, Tourn; quia particulares, et rei cum incurrentes solum gravantur. Excommunicationem incurrunt Episcopi, ac Prælati, Capa inferiores, sive S. Sententiales, sive S. Canonem latam, quamvis non expressa eorum fiat mentio, et licet sine expressa eorum mentione nec Suspensionem, nec Interdictum incurrant, Tourn; quia Lex, Cap. 11. de sent. Excomm. expressam eorum mentionem ad has, non vo adiit, dum requirit. Excommunicatio Major generaliter contrahitur in duobus Casibus, 1° Quando aliquid fit, v omittitur, quod ab ipso Jure prohibetur, v præcipitur sub pœna Excommunicationis, et dicitur a Jure lata, quam multæ in Corpore Juris Continentur, quas Confessarius licet laudabiliter, non tamen omnes necessario, sed solum reservatas scire teneatur, 2° Secundo de quibus usus, Rituale, ac Statuta, cujuslibet Diœcesis consulenda sunt. 2° Quando Judex delicti aliquid sub pœna Excommunicationis præcipiendi, v prohibendi non paretur, et hoc diuturit ab homine Minor vo solidum contrahitur propter illicitam cum Excommunicato non tollerato conversationem, S. Thom et Cham. et Tourn.

Vide

Quæritur 3ᵒ Quinam excommunicati vitandi sint, et a quo Clerici percussor absolvi possit?

Resp. Brevit. Percussio Clerici alia est enormis, et atrox, quæ pervenit ad occisionem, mutilationem membri, oculi ejectionem, illationem vulneris magni, a Chyrurgis serio tractandi, ⁊ cum effusione copiosi sanguinis, aliunde, quam è naribus effluentis, Joann.; Alia levis, attamen mortalis, qua nec membrum abscinditur, nec dens evellitur, nec sanguis multum effunditur sine carnis laceratione, et scandalo, & talis satis communiter esse solet, quæ fit palma, pugno, &c. ibid.; Alia mediocris, quæ locum inter utramq; tenet. Alia Venialis, quæ omnibus consideratis, non sufficit ad mortale, quæ ex circumstantiis personæ loci, temporis, modi, Judicio prudentis discernenda sunt, quod enim leve in puero, grave esse potest respectu senis, et enorme respectu Superioris. His notatis

Dico. Excommunicati vitandi sunt 1ᵒ Qui non solum ob transgressionem Legis, ⁊ Sententiam Judicis sed edictis nominatim excommunicati sunt, sed etiam specialiter, et publice denunciati sunt, Joann.; 2ᵒ Notorius Clerici percussor, cujus factum nulla fergiversatione celari, ⁊ alio suffragio excusari potest: Quam autem celari, ⁊ alio suffragio excusari possit hoc discernere, ordinarie et tem admodum difficile est hoc discernere, ordinarie et præcipue in Bulla in Super requisitus Sententia Judicis saltem declaratoria Criminis, et Excommunicati denunciatio, Joann. & Gerv.; Levis autem Clerici percussio, quamvis mortaliter mala, et publica non capiens ista valeat, nec enormis, si sit occulta, sed potest ab Epo absolvi; etiam enormis notoria occurente impedimento Canonico & Gerv.; Et Religiosi fere omnes a suis Superioribus et Vicario absolvi possunt, etiam Novitii, hi tamen cum remittentia,

si

si evcant, Toum.; impedimenta autem Canonica continentur Trac. 5. de Pœnit. Vol. 5 quæst. 11. Num. 2. & 3.

HINC 1° In Gallia, Germania, Anglia, non tenemur vitare protestantes, Toum.; quia sunt tolleranti; nec eum, cui aliquid sub pœna excommunicationis prohibitum, vel præceptum, licet contra faciat, nisi prius Sententiam specialem, et expressam in particulari sit excommunicatus, ac denunciatus; nec Complices sine Nomine excommunicatos; quia non sunt nominatim, sed solum generice excommunicati, nisi publice sint notorii, & Serv.; et in Gallia Sententiam declaratoriam; nec eum, qui incidit excommunicatus, quia non censetur publice denunciatus, & Serv.; nec Clerici percussorem, nisi prius denunciatum, Toum.; quia fere semper allegando rumoris falsitatem, obrietatem, sui defensionem, inadvertentiam, et, excusari potest, & fatorem non certo constat esse excommunicatum; sufficit tamen Notorietas sive Juris, sive facti; in foro Conscientiæ tamen Clerici percussor excommunicationem incurrit 2° Si quis, cujuscunq; sit Conditionis, sive sit vir, sive mulier, etiam impubes, rationis tamen compos; etiam efficaciter effectu secuto mandantes, Consulentes, Consentientes, & suo Nomine factum ratihabentes, & non impedientes, si ex officio teneantur, ut Judices, Superiores, Patres, Tutores, Domini, Pedagogi, Parochi, et, Laym. Bonac. et Comm.; auxilium, et favorem prædentes, etiam percusso consentiente; quia juri suo cedere nequit. 2° Suadente diabolo, vide mortaliter peccamus. 3° In Clericum, & seipsum in desperatione, tædio, mortaliter contra Charitatem sibi debitam injuriose percutiens, vulnerans, & occidens, Suar. et alii; secus si mortificationis causa se flagellet, & ob peccata sua ab alio flagellari expeteret, & ob dolorem è Morte Patris, & absentis Conceptum, capillos sibi evellat, & Gerva Sim.

v percutiens alium Clericum, etiam si solum prima Tonsura initiatum, modo non invalide eam acceperit V.g. ab alieno Episcopo eam accipiendo sine propria licentia; Bonac. apud Tourn.; etiam si sit excommunicatus, suspensus, interdictus, degradatus verbaliter tantum, Nav. Bonac.; v Conjugatus, modo sit cum Virgine in primo Matrimonio, et Tonsuram, ac habitum clericalem gerat, Cl. Thom ex Charm.; et alium Ecclesiæ inserviat. 4to v Monachum utriusq; sexus, etiam Laicum, Conversum, nisi invalide habitum susceperit, Bonac; v Novitium, nisi habitum etiam Tertiarii Ordinis S. Francisci, S. Dominici, S. habitum etiam Tertiarii Ordinis S. Francisci, S. Dominici, S. habitum gerat, et in Communitate vivat, etiam Eremitam, modo vivat, v ex voto, v pacto, sub aliqua Regula, v Superiore, v sub Cujo adductus sit, aut munere alicui loco sacro sub Cujo addictus sit, Tourn. 5to v Manus violentas injecerit quacunq; percussione, v alia actione ex se enormiter contumeliosa Clerico, v suis rebus adhærentibus, sive manu, sive baculo, sive gladio, sive pedibus, pulveris, sputi, aquæ, luti injectione, Breviarium in alterius Clerici caput projiciendo, licet manu illud declinet, Cont. Vestis laceratione, v crines evellendo, pileum, &c. gravi impetu arripiendo, occidendo pecubum, v solum venenosum infectum, v saltem, si venenum inspirat operari; non tamen Monialis gravida fumenti pabulum foetui solum mortiferum, Tourn.; item Clericum intare vando, v in privata domo detinendo, custodes apponendo, v in alio loco violenter retinendo, ex quo sine dedecore exire nequit; v ita persequendo, ut eo agitur, se præcipitem dare in fluvium, v fossam, seu si casu fugiendo labatur, nisi alter hoc prævidet, item manus violentas injiciendo in equum, cui Clericus, item manus violentas injiciendo in equum, cui Clericus, videt, feriendo, vulnerando equum, frangendo frenum, v equum sistendo, Tourn.; quia satis res pectu honoris sunt gravia; v etiam plaga dignum puniendo, sed a non habente potestatem, ut a Judice Sæculari, v modo illicito, V.g. a Prælato Laicum, nisi urgente necessitate defuientibus Clericis, Bonacina, Laym, et alii.

Hinc

H.J.N.C. 1º Excommunicationem non incurrit percutiens clericum brachii, et pugni tentione, fustis exhibitione comminatoria et ostendens, sed actio debet esse consummata, Doum. 2º Nec furtum furando clerico, ejus marsupium abscindendo, vel cingulum, vestimenti, et, cum actio fraudulenta non censeatur violenta, nisi ipsum detinendo violentia accedat; nec metu verbis duntaxat incusso ad dandam quamcumque cogens. 3º Nec si solum casu, joco, ut puerili ludendo, capillos tonsuram habentes inter se nitentur, ac se invicem percutiant, Bonac. et alii; etiam cum modica sanguinis effusione naribus, apud Doum.; 4º nec si fiat ad defensionem suipsius, vitae suae honoris capitalis, vel suarum rerum, uxoris, parentum, filiorum, cum moderamine tamen inculpatae tutelae id, Raym. Bonac.; licet ex inadvertentia, vel imperite excedret, Doum et alii; etiam si fugiendo clericum insanientem evitare potuisset, si sit persona gravis, ut Magistratus, vel Princeps, cui fugere, vel decore decus foret, Doum.; nec si percutiat clericum cum sua uxore, Matre, Sorore, vel filia turpiter agentem inventum, vel in loco suspecto solum cum sola, sicut ea rationabiliter suspecti fuerint, et incontinenti fiat, Svar; quia acer dolorum sensus, si non culpa, tamen a censura excusat; non vero si cum percutiat transacto furoris motu, Doum; nec in remotiori consanguinitatis gradu, ibid. 5º Nec eam incurrit motu primo primo alapam clerico infligens; in dubio tamen absolutio petenda ad majorem cautelam, Doum. 6º Nec quotiescumque actio ratione levitatis, vel imperfectionis libertatis, vel voluntarii, non sit mortalis; nec si Prelatus, Pater, Praeceptor, aut alius, ad quem ejus corrigendi pertinet, subditum in minoribus corrigendi causa moderate percutiat, etiam accedente ira; imo Prelatus, vel Praeceptor Ecclesiasticus, etiam

in

in Majoribus positum profest castigare debitatur. id affirmat S. Antoninus, Bonac. et alii. 7° Necmunit perdutiens realiter degradatum, Bigamum, vel simpliciter Conjugatum, habitum clericalem non gerentem, vel in Gallia etiam si habitum clericalem gestet Bonac.; quia censetur, statum clericalem derelinquisse; vel publicum Cauponem, macellarium, Lanionem, Aleatorem, mercatorem post tertiam admonitionem agentem, verbas, aut seditionem excitantem, etiam sine tertia admonitione, Toum.; vel habitum, et tonsuram clericalem non deferentem post tres ab Ord° factas admonitiones distinctas; quia omnes praedicti privilegium clericale perdunt, vel ei renunciasse censentur; nisi habitum clericalem gestare non possent, ut in Anglia; nec Nocte percutiens Clericum, quem non agnovit, nec agnoscere potuit, secus si adverteret, se eg clericum percutere posse, ac laicum in nocte verberando, Toum.; nec eam incidit dos aviens in clerici defuncti Cadaver illud membratim dilaniando, Toum; quia non videre clerici percussor.

Queritur 4° Quinam sint effectus excommunicationis majoris et Minoris? 9.

Resp. Excommunicationis Majoris effectus 1° sequatus est totalis privatio Communionis Ecclesiae, partialis vero sunt septem, videlicet. 1° quod excommunicatum non tolleratum et privatio communium communicatum non tolleratum et privatio communium Ecclesiae suffragiorum, Gerv. et alii; quod in Nominato Ecclesiae fiunt. Non vero ita privatur tolleratus, Contius Ecclesiae fiunt. Non vero ita privatur tolleratus, Contius Nicol. Nav. Gerv. et alii contra Toum.; quia Concilium Const. in extrav. advit. permittit communicare cum ipsis, etiam in divinis, et Ecclesia tolleratos etiam ipsius, etiam in divinis, et Ecclesia tolleratos etiam petere, et ejus Ministri preces pro ipsis etiam nominatim facere solent. 2° quod tolleratum, ac non tolleratum est privatio participationis activae, et passivae Sacramentorum, id est licite eos administrare, sub poena irregularitatis, et recipere ministrationis sub poena irregularitatis, et recipere Sacramenti hoc privato valide respecta Sacramenti hoc nisi entitle ministrante non tolleratio, et non relinquente

etiam

etiam tollerato; quia in administrante non tollerato
defiuit jurisdictio, B. Gerv. et Communior; excepto ar
titulo mortis, vbi nisi supplet error Communis, Tour;
et in recipiente tollerato essentialis defiuit dispositio.
3ª Privatio divini officij, Missæ, officij Canonici,
Processionis, publicæ Orationis, et illius assistendo va
riet peccat quilibet excommunicatus etiam tollera
tus, Tour. Suar.; tenetur tamen recitare officium
privatim, si sit beneficiarius, vbi in sacris, et sub venia
li loco Dñus vobiscum, dicere: Dñe exaudi orationem meam;
quia indicat communionem cum populo fideli,
Thom et Charm. 4ª Inhabilitas ad beneficia Eccle
siastica, ac dignitates, Thom et Charm; et officia
etiam Scientia, B. Gerv. 5ª Privatio usus fluit om
nis Jurisdictionis spiritualis, et si sit non tolle
ratus etiam validi saltem Jurisdictionis propriæ,
non vò Jurisdictionis alienæ, B. Gerv. et alij. 6ª
Excommunicati non tollerati est privatio Commu
nicationis cum fidelibus in sacris sub mortali,
et in civilibus extra casus a jure exemptos sub
veniali, et in super cum ipsis communicantes
incurrunt Excommunicationem minorem, et aliqua
do majorem. Casus autem, in quibus excommuni
cati non tollerati sunt vitandi, sunt quinque in
hoc Versu contenti:

Os, Orare, Vale, Communio, mensa negatur.

Et quinque sunt casus exempti hoc pariter Ver
su expressi:

Ville, Lex, humile, resignorata, necesse.

7ª Privatio Sepulturæ Ecclesiasticæ, si sit non
tollerates, et debet iterum exhumari, si possit discer
ni, et locus pollutus reconciliari. Effectus vò Excommu
nicationis in minori sunt, duo, videlicet, 1º privatio
participationis passivæ Sacramentorum, et recitatio
nis receptionis, non vò administrationis. 2º Privatio
activæ electionis passivæ ad dignitates, et bene
ficia Ecclesiastica, propterea tamen non ipso facto
irrita, sed irritanda, Thom ex Charm. B. Gerbasius.

Finis

Hinc I° Graviter peccat circa suffragia 1° applicans communia Ecclesia suffragia, ut horas Canonicas, Missam, nomine Ecclesiæ pro excommunicato non tollerato, Bass. et alii; quia agit contra gravem Ecclesiæ præceptum, ac illorum applicatio est invalida; quia Ecclesia donationem suffragiorum annullat, etiam si Contritione sit justificatus, Alexand VII. in damn. propp. Contra; quia pœna adhuc durat; valida tamen est applicatio fructus Missæ, quem habet ut oblata in persona Xti pro excommunicato non tollerato, Bon. Gerv. et alii; quia ut si dependet a Xto, et non potest ab Ecclesia impediri, quamvis sit illicita, ibid. quia Ecclesia eam prohibet. Quare Catholico Sacerdoti non licet accipere Elemosynam a Schismatico, vel hæreticis pro Missa juxta eorum intentionem celebranda. Ita Antoine in indice fol. 495 et 87. et patet ex Conc. Gener. Later. V. Sess. II. Statut. mus. vide fusius loco citato.

2° Publice orans pro excommunicatis vitandis, et manifeste excommunicationem minorem, Soum; quia communicare videtur cum illis, nisi faceret ex ignorantia, vel metu gravi, ibid. 3° Pœnia 6ta Paraseeves, Bass.; quia ista die Ecclesia permittit, et ipsa pro illis orat ad imitationem Xti. 3° Ut persona privata in memento, Soum; vel in aliis partibus Missæ.

Hinc II. Graviter peccat circa Sacramenta peccato Sacrilegii, et alio peccato inobedientiæ contra Censuram, 1° Excommunicatus Sacramenta recipiens, vel ea administrans, et sic simul Irregularis administrans quæcumq; Sacramenta, et recipiens Ordines; in Urgenti tamen mortis periculo excommunicatus non tolleratus valide, ac licite administrat Sacramentum pœnitentiæ deficiente non excommunicato, vel etiam Eucharistiæ, vel extremæ Unctionis, si defectus pœnitentiæ Sacramentum non posset recipere; quia Sacr. accidens conferunt primam gratiam; non vero, si possit absolvi;

quia

quia ista Sacramenta non sunt necessaria necessitate medii, nec præcepti, nisi dum extenditur dandum Ordinem Ecclesiæ recipi possint Soumely.

2o Graviter peccat non excommunicatus ad ministrans Sacramenta excommunicato tollerato; quia administrat indigne petenti, nisi occultus publice petat, et administrans non tollerato simul excommunicationem minorem, et Interdictum ab Ingressu Ecclesiæ; Clericus vô cum excommunicatus a Papa in divinis communicans, majorem a Papa reservatam incurrit, Cap. de Sent. Excom.; et ab excommunicato vitando Sacramenta recipiens incurrit minorem, Tourn; quia cum eo participat; nisi justa ratio, ut ad vitandum Scandalum, infamiam, jacturam bonor, vel ignorantia Juris, vel facti, et, inadvertentia, oblivio, et, patentes, vel administrantes excusat, Bass. et alii; quia leges humanæ non obligant cum tanto incommodo, Sacramenta tamen valide recipit excepta Pœnitentia; quia ei deest essentialis dispositio, nisi adsit ignorantia invincibilis, Bonac. Bass. et alii.

H.I.N.C III. Assistendo divinis graviter peccat excommunicatus, etiam tolleratus, assistendo Missæ, officio canonico, Processioni, Orationi publicæ, benedictioni Candelar, Cinerum, palmar, olei Sacri, et, et cum eo communicans, devitandus; unde vitandus monendus est, ut exeat, et si noluerit, novam incurrit excommunicationem Papæ reservatam, Thom et Cham.; et est expellendus; et vô sine gravioris mali periculo non possit expelli, adstantes tenentur exire sub mortali, et Celebrans ab Altari recedere, etiam in die Festo, si Canonem nondum inceperit; si inceperit, cum uno Ministro pergere debet usq; peracta Communione, et relicta in Sacristia, vel alio loco decenti absolvere, Celebrans coram ipso, præter excommunicationem minorem incurrit Interdictum Ecclesiæ, Bonacina, et Communi;

et si

et si sit a Papa excommunicatus, majorem Papæ reservatam incurrit, Tourn.; Non tamen fit Irregularis, & Jerus. bene autem fit Irregularis sacerdos excommunicatus jubens, & sua authoritate procurans, ut Missa, & alia officia coram se celebrentur, Tourn.; quia idem est, ac si ipse celebraret, & divina publice faceret, potest tamen excommunicatus non tolleratus admitti ad concionem audiendam, & lectionem sacræ Scripturæ & Theologiæ, Bass.; quia inserviunt ad illius conversionem; & precari alii, si tantum transeat per Galesiam, & breviter, aut omnino privatim orabat, V. G. Angelus Dñi, dum alii orant, licet in eodem loco, Tourn.; & aliam Missam, quam ipsi, audiret, Bass. Tourn.; quia non consentitur cum ipso communicare; potest etiam uti Aqua benedicta, non ut orationibus Ecclesiæ fruatur, sed ut ad pœnitentiam se excitet, Tourn.; et Capellanus, & famulus, qui antea solitus erat orare cum Dño, adhuc potest post excommunicationem, Bass. Coninck. Nav. et alii.

ANNO. IV. Circa beneficia, et officia suscipienda, per excommunicatus ipso jure etiam tolleratus, et occultus, invalide eligitur, præsentatur, literas pro beneficio vacaturo obtinet, in stituitur, confirmatur, beneficium ei confertur, resignatur, et in excommunicatione obtentum invalide resignat, et permutat, nec obtenta absolutione convalescunt, Tourn.; quia non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non subsistit, Reg. Jur 18. in 6.; sed obtenta legitima absolutione, ac dispensatione renovari debent; sic tempore nominationis censura irretitus, et ab ea ante institutionem absolutus, non invalide instituitur, nisi rehabilitatus denovo nominetur; quia prior fuit invalida; et absolutione non convaluit; manet tamen valida præsentatio non censurato facta, qui tempore collationis fuit excommunicatus, Tourn.; quia censura subsequens non reddit præsentationem antea factam invalidam, et excommunicatus beneficii sui legitime possessum valide resignat, et aliud confert,

quia

quia licet respectu sui, non ob respectu alior. suspensus est, Tournely, in Jurisdictione adhuc gaudet.

2m. Excommunicatus etiam tolleratus invalide promovetur ad dignitates, et officia, etiam Secularia, Bened.; si autem Papa conferret beneficium, v. dignitatem excommunicato, valida esset collatio, sive scial Censuram; quia tunc conferendo scienter inhabili dispensare censetur, sive ignoret; quia in provisionibus pro cautela apponere solet clausulam absolutionis, aquid Tourn.; non tamen prodest irregulari, nec excommunicatus abhomine, Cont.; et si non caret absolvi, potest visa ab Ordinario negari, Giberti; quia nullum jus eum spolians ecclesiæ; non tamen privatur excommunicatus etiam non tolleratus beneficio legitime antea obtento, Tourn.; quia nullum jus eum spolians ecclesiæ nec fructibus illius, Salmeh. Tourn. et alii; quia usus præcipue in Gallia ita invaluit; potest tamen privari, si ℣. annum negligat obtinere absolutionem, Thom et Charm.; et Bñ Censura obdurescens privetur, portionem sustentationi necessariam ei permittit Mater Ecclesia; non potest tamen in tribunali Justitiæ etiam Secularis functiones Judiciales, advocati, Actoris, testis, tutoris, &c. exercere, nisi usualiter esset receptum; quia non tolleratus privatur Jurisdictione, ac communione Fidelium.

H.N.C. V. Circa beneficia conferenda, 1m. Excommunicatus non licite, et si sit non tolleratus, nec potest valide conferre beneficia, Cap. 6. de concess. prob.; Nec instituere, confirmare; quia coincidunt cum collatione, Tourn; nec præsentare ratione Patronatus Ecclesiastici; quia est suspensus a beneficio, et honoribus beneficii; inter quos computatur Jus clericale præsentandi, Tourn.; Secus si Patronatus sit laicale, ex jure præsentati etiam non tolerati, est valida, Tourn, et alii; quia non est actus potestatis Ecclesiasticæ, sed fructus patrimonii; posset tamen recusari ab instituente;

quia

quia non tenetur communicare cum excommunicato etiam tollerato, Toum; hoc tamen locum non habet in Gallia, Ferriere.

2o. Non potest eligere, nisi esset electio Sd. Pontificij a Cardinalibus, quæ valida est sive electus, sive electo ros censura ligati sint, Clem. V.; etiam si valida electio, ad quam excommunicatus cum aliis mihis, vel ignorantibus concurrit, vel etiam scientibus, modo illius suffragium superfluum sit, Toum.; quia utile & inutile non vitiatur, nisi aliter in jure habeatur.

3o. Nec vitandus potest valide resignare in favorem; quia æquivalet præsentationi, Toum. Suar; bene autem valida est resignatio simplex beneficii legitime acquisiti, ibid. Com.

4o. Nec potest valide condere leges, aut ferre sententiam; potest tamen valida, quæ sunt Jurisdictionis non propriæ, ut assistere Matrimonio, vel ad hoc alteri dare licentiam, administrare Sacramenta, excepta Pœnitentia, inire Contractus, condere Testamentum, instituì hæres, modo non fiant tamquam a persona publica vi officii, et non manenti animum contumaci in hæresi accedente Sententia declaratoria, Bass.; vel testamentum non fiat a fautore Cardinalis, vel ab excommunicato propter hæresim, Toum; hoc tamen restrictio quoad hæresim non viget in Gallia, ibid.; etiam valide fit testamentum a Tabellione vitando, ibid. Suar; quia nullam, vel non ecclesiasticam supponunt Jurisdictionem; et licet jure communi excommunicatus vitandus omni actu ad judicium pertinente tam in foro civili, quam Ecclesiastico privatus sit, non tamen videt in Gallia, et potest esse valide Judex, Actor, Advocatus, Testis, Tabellio, Procurator Toum.; quia pœna Ecclesiastica iis tantum privat, quæ ab Ecclesia pendent;

Juris

Jurisdictio autem temporalis ab ea non dependet; possunt etiam in foro Ecclesiæ se, suamq; Ecclesiam defendere non tamen accusare, a quo accusati sunt; possunt appellare, et appellationem prosequi, uti exemptione; quia ipsis legitima defensio permissa est: etiam alii contractus ab homine vitando facti validi sunt, quia nullo jure irritantur, Tournely.

H.I.N.C VI. Communicando Cum Excommunicatis. 1° Graviter peccat communicans cum excommunicato non tollerato in divinis, ut Oratione publice cum eo Nomine Ecclesiæ Orans, Sacramenta ab eo absq; gravissima necessitate, vel mortis periculo petens, vel Sacramenta coram eo administrans, vel in aliis divinis communicans, de quibus supra.

2° Venialiter saltem peccat communicans cum excommunicato non tollerato in Civilibus, et Colloquiis, amicitiis, osculis, muneribus, literis, nutibus, salutatione, saltem honorifica verbo facta, nutu, amplexu, detegendo caput, surgendo, locum cedendo; vel salutatio tamen vicetus data, Eodem: quia est officium Justitiæ, et responsio ad Epistolam, Henriq. et alii; Item venialiter peccat sine necessitate contractus in mundo emptione, venditione, Cohabitatione, cooperatione, itinere, associatione, et, in mensa sumendo cum eo cibum, vel potum, vel modum societatis; secus si iter faciendo in eodem hospitio conveniant, et quilibet suum particularem haberet cibum: et mortaliter peccat, si accidens ratione scandali, vel contemptus, si prædicta nimis frequenter fiant, vel in crimine criminoso.

3° Incurrunt Communicantes cum non tollerato etiam in civilibus excommunicationem minorem, et aliquando majorem, NB. 1° Si communicent in crimine criminoso, videl. in eodem crimine, quo contracta fuit excommunicatio, Consilium, Auxilium, favorem ministrando. 2° Sepeliendo non tolleratum in loco sacro. 3° Cum admittendo ad divina officia, scienter coram illo celebrando, ita in Jure. 4° Clericus admittens excommunicatum a Papa ad divina officia incurrit majorem Papæ reservatam Cap. Significavit de Sent. excomm. apud Tournely

tenetur

tenetur quoq excommunicatus tolleratus communionem
alior, quantum potest, tam in Civilibus, quam divinis vi
tare, Joum.; quia Ecclesia eos in Civilibus tolleranda non
ipsis, sed Catholicis favere intendit; et fideles, si excom
municatio iis certo constet, etiam tolleratum privatim evitare debent, Joum.; fratrem iure naturali, si
hoc medio rubore affecti conversionem sperent; quia
tunc lex Charitatis obligat, nisi obstet alia ratio excusans.

Excommunicatus tamen vitandus in uno loco,
non est publice vitandus in alio, nisi facta ibi pub
lica denunciatione; si vō ſ. sententiam denuncia
tus occulte sciatur, ab iis, qui sciunt, occulte vitandus
est, vitandus vō notorietate facti solum in uno loco
ut percussor Clerici, nec occulte est vitandus in alio,
quia notorietas facti locum, Notorietas iuris per
sonam afficit, P. Gerv.; licet tamen communicare cum
excommunicato vitando, et a fortiori cum tolleratō,
excommunicato vitando, et notabilem spiritualem,
1° ob utilitatem veram, et notabilem spiritualem,
aut corporalem propriam, vel alienam excommunicati,
ut eum exhortare ad resipiscentiam, consilium,
vel auxilium necessarium, medicinam, restitutio
nem, debitum, &c., petere, et dare; non vō novos
contractus inire, qui amovis sint validi. 2° Ex lege
V.S. Matrimonii cohabitare cum viro excommuni
cato, petere, ac reddere debitum, gubernare fami
liam, invigilare educationis prolis, uti mensa com
muni, nisi factum esset divortium, vel excommunica
tio esset lata ob Matrimonium male celebratum,
vel communicaret in Crimine Crimino so. 3° Ex ne
cessitate subjectionis, ac reverentiæ, ut filii, etiam
adoptivi, et illegitimi erga parentes, famuli, et
ancillæ, nec non rusticii Domini servientes,
uxores erga maritos, nurus, et generi cohabitan
tes, Nepotes, et pronepotes, vel in eodem genere affini,
P. Gerv.; etiam in divinis quoad ea, quæ concernunt
suum famulatum, et Dnus potest communicare cum

Servo

servo excommunicato; debet tamen procurare, ut resipiscat, & eum repellere, Tolm; Sic potest servus cum Dño recitare officium, audire Missam, Casp. Bass; non vō facienti Missam inservire, scilicet; quia esset proxime cooperari actioni sacrilegæ; nec Religiosus suo Superiori, modo certo constet de actione sacrilega. 4° Ob ignorantiam Juris & facti invincibilem; non vō ob crassam, aut affectatam, Tourn.; nec in dubio vitandus, licet certa sit excommunicatio, et dubia illius denunciatio, nisi ratione sandali, & periculi sacramenti Pœnitentiæ invalidè recipiendi, Tourn; & si certa esset excommunicatio, et denunciatio, et dubia illius absolutio; quia præsumpto est pro illo vitando. 5° Ex necessitate gravi, non tamen extrema spirituali, & temporali propria, & excommunicati, & cujus cura ex præcepto, & Consilio incumbit, Tourn; sicut et Religiosis petere eleemosynam ab excommunicato, illum recipere hospitio, mercatores, artifices in necessitate accedere, necessaria empere, equum pro itinere conducere, et, C. Gero. Bass; & meli bonor, et, fama, et, cum illis, communicare licet, Tournely.

A. I. N. C VII. Sepeliendo, graviter peccant, et excommunicationem majorem incurrunt non tollerandum in loco sacro sepelientes Saldem propriis manibus, C. Gero; & etiam id fieri jubentes, aut procurantes, Tourn; et polluitur Ecclesia, debet exhumari, si possit discerni; Si autem gradatim ante mortem dederit, debet etiam mortuus ab excommunicatione absolvi, et Ecclesiastica sepultura donari, Thom. ex Charmes.

A Si

et si jam sit sepultus, non debet exhumari, sed petita licentia absolvi, Joum.; non polluitur Ecclesia, nec Cœmeterium sepultura hæretici, Joum. C. Gen.; quia est excommunicatus tolleratus, cujus sepultura non polluitur; bene tamen in Germania Epi eam prohibent. C. Gervasius.

H. N. C. VIII Circa excommunicationem minorem, 1° graviter peccat ligatus excommunicatione Minore Sacramenta recipiens, & Sacerdos celebrans; quia non potest celebrare, quin Sacramentum recipiat, non tamen fit irregularis, Thom. et Char. et alii. 2° Administrando alia Sacramenta saltem venialiter peccat, Joum.; quia indecenter gr. 3° Non potest eligi, bene autem eligere; ejus tamen electio non est ipso facto irrita, sed irritanda, Thom. et Cham.

Quæritur 5° An quando Monitoria concedenda sint? 10.

Resp. Præmot. Monitorium est mandatum Judicis Ecclesiastici quo sub pœna Excommunicationis post trinam monitionem incurrenda jubet, ne quis Authores Criminis reipublicæ perniciosi, vel ali Authores Criminis proximo illati, Monitoria & gravioris damni Proximo illati. Monitoria alia sunt extrajudicialia, quæ sine Judicij secularis interventu ab Epo, & ejus Vicario concedentur. Alia Judicialia, quæ interveniente, & compellente Judice seculari ab officiali decernuntur.

Hoc notato.

Pico. Solus Epus facultatem habet juxta Conc. Trid. Ss. 25. Cap. 3. Concedendi Monitoria, Conc. Trid. Ss. 25. Cap. 3. ac illius Vicarius, aut Officialis, Conc. Rhot. Rhem. Joum.; quia isti cum ipso constituunt Tribunal; et jure dicitur quasi Epalem habentes, et Vicarius Capituli Sede vacante; non vero Capitulum Ø. Se ipsum, Cont. Tournely

et

et quidem ex officio ob urgentem Diocesis necessitatem, & bonum publicum, Edict. 1611. 16. Martii; et licet juxta Conc. Trid. Monitoria ad nullius Laicalis, etiam Magistratus instantiam Concedi deberent, in Gallia tamen usu obtinuit, ut in Materia Criminali ad instantiam Procuratoris Regii, & etiam ob signationem bonor temporalium. Officialis possit cogi ad ea concedenda pro Criminibus gravibus, & scandalis publicis, quando aliter probari nequeunt, Edict Reg. 1670 Tit 1. Art. 2.; nec propterea Irregularitatem incurrit, si ex Monitoria revelatione reum capite puniri contingat; quia causa delinquentis remota, et sit Judice Seculari consente et Ecclesia permittente, et ipsa practicante; cum degradatum tradat morte afficiendum sciens. Possunt Monitoria extrajudicialia ab Epo, & illius Vicario decerni sine Judicis Secularis licentia in Materia mere ecclesiastica, et rebus perditis; quia materia mere ecclesiastica ad illius forum spectat, et pro rebus perditis inhibiter ad Judicem Secularem recurreretur, cum damnum difficile probari possit, Tourn; Judicialia vero dicemuntur interveniente, & cogente Judice Seculari ff. obsignationem bonor temporalium ab officiali, nisi esset contra suos consanguineos, & affines usq in 4tum gradum inclusive, Tournely; quia tunc Alius officialis ad hoc ab Epo & illius Vicario instituii debet, Tournely.

De

Quæstio Tertia

De Suspensione.

Quæritur 1° Quid, et quotuplex sit Suspensio? II.

Resp. Suspensio est Censura, qua Clericus privatur usu ecclesiastici officii, vel beneficii, vel utriusq; simul in perpetuum, vel ad tempus. Unde alia est totalis, qua Clericus privatur usu utriusq; officii, et beneficii. Alia partialis, quæ tantum ab Ordine, qua Clericus privatur licito usu sui, vel suor Ordinum; vel tantum a Jurisdictione, qua Clericus privatur licito usu Jurisdictionis, non tamen valide, nisi sit nominatim denunciatus, et non tolleratus; vel ab officio, qua Clericus privatur usu Ordinis, et Jurisdictionis; quia ambo ad officium pertinent; vel a beneficio, qua Clericus privatur fructibus temporalibus sui beneficii, quos proinde administrare non potest, hæc tamen in Gallia non viget; quia non nisi depositus, ac spoliatus titulo beneficii fructibus illius a Judice Ecclesiastico privari potest, Thom. et Cham. Alia est Pœnalis, quæ imponitur in pœnam delicti commissi, et mere prætenti, et ordinarie cum præfixione certi temporis, vel in perpetuum, vel donec satisfaciat, vel Judici placuerit. Alia Medicinalis, quæ fertur in medicinam pro cavendo lapsu, vel ut resipiscat a contumacia, et fit ordinarie sine præfixo tempore. Pœnalis alia est perpetua, quæ non expirat cum certo tempore. Alia temporalis, quæ durat ad certum tempus.

Quæritur 2° Quinam sint effectus Suspensionis? IR.

Dico. Effectus Suspensionis sunt ipso facto privatio usus Ordinis, et officii, vel beneficii, aut horum omnium simul. Suspensio absoluta, ac indefinite lata censetur tota Suspensio ab Ordine, officio, et Beneficio, Sanch.; quia locutio indefinita æquivalet universali

Peter

Determinata vō intelligit duntaxat deco, quod distinete exprimit, vel necessario in eo concluditur, Cap. de Crap. de vit. et honest Cler. Effectus p. accident ac poenæ Suspensionis violatæ sunt duo, 1mo Suspensionem quamcunq violans, vel cum alio in quo suspensus est solemniter communicans, peccat graviter, nisi a mortali levitas materiæ excuset, Joum, quia in re gravi agit contra præceptum Ecclesiæ: non vō peccat, saltem contra jus Ecclesiasticum, participans cum suspenso tollerato; bene vō participans cum publice denunciato in actibus, a quibus suspensus est; quia ideo denunciatur a Judice, præcipue in sequentibus, vel in Actibus Jurisdictionis; quia sunt invalidi. 3, Extra necessitatem eum inducendo ad actum ei mortaliter prohibitum. 4to Rei in Actu graviter prohibito cooperando; quia in utroq graviter agit contra mentem Ecclesiæ; non vō peccat cum suspenso, etiam publice denunciato in aliis actibus humanis participando; quia Ecclesia hanc participationem cum excommunicatis non tollerati sub veniali solum, non vō cum suspensis prohibet.

2do Solemniter exercens Ordinem sacrum, a quo suspensus est, vel non sacrum vi Ordinis, irregularitatem incurrit, Cde sent. Excom in 6.; etiam si suspensio esset ad tempus, ac mera poena, Cap. cit. et Cap. 1. de re. Jud in 6. Suar. Bonac. Cont. apud Joum.; quamvis secundum hodiernam Ecclesiæ praxim in trino ribus constituti suspensionem ab exercitio sui Ordinis non solent incurrere, nec solent Minores vi Ordinis, sed etiam a Sæcularibus exercere, apud Joum.

3tio Suspensus ab Officio, vel beneficio novum acquirens beneficium graviter peccat, quia ad beneficia est inhabilis, Cap. cum delict. de const.; et si simul a novo possidendo esset suspensus, invalida est illius collatio; si vō solum a possessio, est saltem dubia illius acquisitio

Acquisitio, et pro majori securitate dispensatione
nobag collatione indiget, Tourn.; quia de illius valid-
tate, et invaliditate ex utrag parte graves sunt
Authores, et in dubio, quod secus fit, faciendum;
idem dicendum de nova pensione acquirenda,
quia an conditionem beneficior in his poenalibus
se gratus, res apud Authores est valde dubia, ibid.;
et pars secunior tenenda.

XIX. Graviter peccat 1° Suspensus et excensid
a quo fit suspensus, etiam in aliena Diocesi, Tourn,
et alii; nisi gravitas materiæ a mortali excusat,
ut si suspensus ab ingressu Ecclesiæ modico tempore, du
rante officio, ingrederetur, ibid; potest tamen ea, quæ
laicis licent, ut baptizare sine solemnitate, urgente
necessitate, more secularium sacramenta recipere, lu
ram indulgentiam; canere Epistolam etiam cum alba,
et tunicâ, sed sine Manipulo, Tourn; quia non con
setur canere ex officio, cum non raro seculares id pre
tent; v canere Vesperas in Choro, ut alii dicit, non
vo Capitula, et Orationem, quæ solis sacerdotibus
competunt, et si sit in sacris, v beneficiarius, tene
tur privatim recitare officium.

2° Graviter peccat a nominatim denunciato
sine necessitate sacramenta, a quibus suspensus est,
petens; quia illius peccato cooperatur; et sacramen
tum pœnitentiæ vel defectu juris dubitionis effet inva
lidum; v eum ad alios actus ei graviter prohibitos
inducens, v Missam celebranti inserviens; quia esse
inducens, v Missam, eum non inducendo,
cooperans; non vo illius Missam, eum non inducendo,
audiens, Tourn. et Gury, nec eum eo manducans, id
quod non prohibita est.

3° Graviter peccat, et fit Irregularis suspensus
ab Ordinibus baptizans cum solemnitate, Missam
celebrans, Evangelium cum stola, et Epistolam cum
Manipulo cantans, absolutionem impertiens, Extre
mam Unctionem, Eucharistiam ministrans, aquam

in

in Dñica benedicens, Orationem in Officio publico cum Dñus Vobiscum cantans; quia silent solemnes Ordinis functiones, Toum; Sic Epūs suspensus ab Epūs libus, seu Consecralibus, peccat graviter, et fit irregularis Confici ens Chrisma, Consecrans Calices, Conferens Ordines, v Confirmationem solemniter more Epūs benedicens, Toum, Cont.; non vo fieret irregularis conferendo primam Tonsuram, Gondas Toum.; quia non est Ordo, et potest Confer i a non Epūs: nec fit irregularis, licet graviter peccet Sus pensus a Jurisdictione, aut beneficio ferendo Censuras, v in foro externo illas absolvendo, beneficia, v approbationem conferendo, fructus beneficii percipiendo, Missam celebrando; quia non violat Suspensionem ab Ordine; Nec Presbyter Suspensus a Sacerdotio, faciens functiones Diaconi, v Subdiaconi; quia non violat Ordinem, a quo suspensus est; nec suspensus etiam a Cathedra, prædicando, Toum; quia licet propria quadam ratione prædicatio ad Presbyterum, v Decanum pertineat, non tamen est vere functio Ordinis sacri; ibid; nec Suspensus a Minoribus aperiens Januam Ecclesiæ, accendens luminaria, præparans Urceolos, etc; quia etiam modernò componi fiunt a Secularibus, nisi juxta votum Concilii Trid. Ordinum minor functiones solis ordinatis restituerentur, Toum; nec contra Epūs prohibitionem ob culpabilem defectum, v.g. ob manuum trepidationem, Ordines exercens, fit Irregularis; quia non est Suspensio; nec illegitimus sine dispensatione ordinatus celebrans fit irregularis sua actione, Pavel, Haber apud Toum.

Hæc Suspensus absolute, ac indefinite est Suspensus Suspensione totali ab Ordine, officio, et beneficio simul, Toum. et alii; quia ut supra dictum, locutio indefinita æquivalet universali; Suspensus ab officio simpliciter, et absolute, est etiam ab usu Ordinis, Jurisdictionis, et Omnis Ecclesiastici Ministerii, Toum;

Ministerii, Toum; quia, qui prohibet totum, etiam prohibet omnes ejus partes. Suspensus ab Ordine simpliciter censetur suspensus ab omni Ordine; quia non est potior ratio de uno, quam de altero. Suspensus ab Ordine superiori, non est suspensus ab inferiori; quia potest ob culpam esse indignus ad superiores, attamen dignus ad inferiores, qui minorem requirunt Sanctitatem; et ita docet antiqua Ecclesiæ praxis. Suspensus ab Ordine inferiori censetur a superiori; quia cui non licet minus, nec licere debet majus. nisi suspensus esset ob culpam in exercitio inferioris commissam; sic colligitur ex Cap. 4. de temp. Ord. in 6.; v. si ordo inferior non includatur in superiori, uti minores non includuntur in Majoribus. Suspensus a beneficio simpliciter, intelligitur de omnibus saltem ejusdem Diœcesis; non vo de alterius, si suspensio sit a Statuto lata; quia in eo loco solum obligat. si sit ab homine lata privat, prout sententia exprimit; quia potest ab omnibus suspendi; cum persona ei sit subjecta, licet non omnia ejus beneficia; in dubio consulendus est Ordin.

2o Suspensus ab Ordine non licite, sed valide recipit beneficia, Toum.; quia alias collatio non esset ipso jure irrita, ibid; collatio vo facta suspenso a beneficio. Toum; v ab officio, Thom. et Cham.; non solum illicita, sed etiam invalida est, Thom. et Cham.; v saltem dubia est novi beneficii, v pensionis acquisitio, Toum; suspensus vo a beneficio non privatur illius titulo; quia alias esset depositus; nec ab officio, sive Juris dictionis, sive ordinis, sed solum fructibus beneficii saltem secundum Ordinis, sed solum fructibus beneficii saltem secundum seniorem, Toum; ac proinde potest exercere Ordines celebrare Missam, agere Diaconum, absolvere, &c. Non potest tamen jure componi resignare in favorem, nec permutare, nec beneficii bona administrare, nec dispensare, &c; quia hi actus annumerantur fructibus beneficii; bene autem jure particulari ut Gallis, Toum; quia illi non sunt solidaribus habentur validi; nec potest jure communi exigere fructus; nec pensiones saltem secundum Saumaisem, Toum; nec distributiones pro præsentia in Choro, ibid;

et

et tenetur etiam occulte suspensus fructus perceptos restituere Ecclesiæ, exceptis necessariis pro mendicata sustentatione, si aliunde non habeat sustentationem, et pro substituto pro officio, et si ipsemet officium beneficii impleat, potest constituto alias concedenda retineri, Tourn; nisi esset pertinax, ibid; potest etiam stipendia Anniversarij, Missis, & oneribus personalibus debita percipere, quæ a fidelibus extraordinarie offeruntur, Bonac. apud Tourn.; quia non sunt fructus beneficij, sed Ordinis, potest etiam eligere, præsentare, conferre beneficium; quia sunt actus officij: et tenetur horas Canonicas dicere, et cætera beneficij munera peragere, licet fructus non percipiat; quia sit in pœnam ob suam culpam; Iure vò Gallico fructus percipit, ut supra.

6ᵐᵒ Suspensus ab officio simpliciter non est tamen suspensus a beneficio, et fructibus ejus, de primo potest percipere fructus, modo per alium suppleat beneficij munera; si Episcopus in locum Parochi ab officio suspensi alium Parochiæ præficiat, debetur ei congrua ex beneficiis sustentatio, cujus onera sustinet, Tourn: nec suspensus ab una parte officii est suspensus ab alia; Tournely.

7ᵐᵒ Suspensus ab Ordine non est suspensus a beneficio, et illius munera debet per alium exercere; nec a Jurisdictione, quæ sine usu Ordinis exerceri potest, et suspensus a Jurisdictione, non est suspensus ab Ordine. Sic Episcopus suspensus a Jurisdictione tantum, potest solemniter in pontificalibus celebrare, Ordines conferre, Ecclesias, ac Altaria consecrare; quia pertinent ad potestatem Ordinis, a qua non est suspensus. Econtra non potest ad beneficia eligere, vel ea conferre, nec censuras imponere, nec confessarios approbare, et; quia sunt actus Jurisdictionis, a qua suspensus est, et si sit denunciatus, nec valide; quia Jurisdictionem amittit; suspensus vò a Pontificalibus nullum potest celebre conferre Ordinem, nec Confirmare, nec Ecclesias, altaria consecrare, bene autem confessiones audire, baptizare, ut alii Sacerdotes celebrare.

8ᵐᵒ

8e Suspensus autem ab officio sacerdotali, nec potest Missam licite celebrare, nec Pontificalia exercere, vg. Ordinare, Ecclesiam consecrare, nec confessiones audire; quia sine exercitio officii sacerdotalis exercen negocium. Sit Sacerdos suspensus ab Ordine inferiori, vg. Diaconato, vel subdiaconatu, non potest celebrare Missam; quia in celebratione Missæ includitur officium Diaconi, et subdiaconi, Toum.; præcipue in Solemni.

9e Sacerdos suspensus a celebratione Missæ, potest Baptismi, Eucharistiæ, Pœnitentiæ Sacramenta administrare, Verbum Dei prædicare, Evangelium, et Epistolam in Missa cantare.

10e Suspensus a Confessione, potest celebrare, prædicare, baptizare; et Parochus suspensus ab officio parochiali potest dicere Missam, non vò cantare Parochialem, nec audire confessiones, nec ministrare ex officio Eucharistiam.

Quæritz 3e Quinam a suspensione possit absolvere? 13.

Dico. Suspensio lata absolvi determinationa ubiq valet; quia sequitur suspensum; et si sit ab homine, in alia Diœcesi, etiam fingens ibi domicilium, non potest absolvi, sed mittendus ad eum, a quo suspensus fuit; bene autem si sit a Jure lata, Toum; Censura lata ut Censura in contumaciam, durat, donec resipiscat, et simul absolvatur, vg. Gen. Laym.; nec potest absolvi, nisi prius recedat a contumacia, vg. Gen; lata vò ut pœna cessat Huc Modis 1e ff. elapsum temporis præfixi absq alia absolutione. 2e ff. dispensatione superiorie habentis ordinariam, vò delegatam potestatem. 3e ff. absolutionem, videlicet quando est simpliciter lata in pœnam sine determinatione temporis. 4e Posita conditione, sub qua est lata, vare. Tol. Bass.; nisi esset simul medicinalis; quia tunc de bet simul absolvi, Bass.; Suspensio lata ab homine potest solum absolvi ab eo, qui eam tulit, vò illius superiore, vò successore, vò ex eod delegatione, et a Jure lata in quam pœnam, vò ad tempus, vò ad perpetuum, non potest absolvi ante tempus, nisi ab Authore Canonis, vg. Gen.; quia pœnalis utilitate non absolvitur, sed

sed dispensatur, quæ est reservata, etiamsi non expressè ad datur, ibid; potest tamen Epus ab illa absolvere sive sit in perpetuum, sive ad tempus, sive in quam pœnam, sive ob contumaciam lata, si provenerit ex delicto occulto, et ad forum contentiosum non deducto, Bonac. Svar. et Conc. Jud. Sl. 24. Cap. 6.; et habentes a Papa privilegium absolvendi, ut Mendicantes in foro conscientiæ pro suis subditis, Paulus III. apud Bassæum, P. 1. serv

14. Quæ 4ta Quænam sint Suspensiones Papæ, et Epo reservatæ

Dico. Suspensiones aliæ sunt ipso Jure Papæ reservatæ, aliæ Epo. Suspensionem Papæ jure reservatam incurrunt, 1o qui sub nullo, vel ficto, aut fraudulento, insufficienti, debitis hypothecariis gravato titulo, vel cum promissione, vel juramento, se illius fructus non percipituros, etiam in gravi necessitate or dinantur, Tourn. 2o qui scienter ab Epo, qui loco, seu diœ si, ac simul dignitati Ecclesiali renunciavit, uti censetur renun ciasse Religionem ingressus, sacros Ordines recipiunt, Cap. de Ord. ab Epis.; quia caput citatum non de aliis, sed de sa cris duntaxat loquitur Ordinibus. 3o Excommunicatione ligati Ordines suscipientes, vel Religiosi in Apostasia, vel post contractum, licet non consummatum Matrimonium, nisi cum sa in Religione approbata Professione, vel eodem, vel duo bus diebus continuis dein sacros Ordines suscipientes, ab ul mi executione manent suspensi, ita in Jure; non vel eadem die Quatuor Minores, ac Subdiaconatum suscipientes, pri sertim in Gallia, Tourn. 4o Ordines S. Simoniam realem, ac publicam recipientes, vel furtive non examinati, vel post Epi sub pœna Excommunicationis prohibitionem, sine le gitimam ætatem, Ordines sacros recipientes, ita Jure; nec superveniente ætate tollitur, Tourn.; potest tamen Epus ab his, et aliis præcedentibus absolvere, si occulta sint, ibid.

Suspensiones Epo jure reservatæ incurrunt, 1o Ordi nati ante tatum modo Ordinis recepti functiones non fecerint, alias Censura esset Papæ reservata; huic non subjacet recipi ens Ordines, Censura non recepta, Conta. 2o sine literis dimissoriis ab alio Ordinati, Pius II.

3o

3e Ordinati ab Epō excommunicato, suspenso, ꝟ Interdicto, aut simoniaco ℔. sententiam declarato, ita in Jure. 4te ℔. dimissoriales Capituli ante annum completum, nulla urgente beneficii causa sacros Ordines recipientes; ꝟ a proprio Epō, extra suam Diœcesim sine licentia Ordinarii ordinati. 5e Ecclesiam sibi commissam alienis debitis gravare præsumentes, ita in Jure. 6e Usurarios manifestos communione Christiana, ꝟ sepultura donantes, eos recipientes oblationes, Jbum. 7e Visitatores ab officio, et beneficio suspendantur in decursu visitationis ultra sibi debitum exigentes, ꝟ pronte oblatum recipientes, donec duplum gravatis restituant, Greg. X. 8e Parochus, ꝟ alius Regularis, sponsos alienæ Parochiæ Matrimonio jungentes, cone. Trid. 24. Ref. Capt. 1. De suspensi, ꝟ potius interdicti ab ingressu Ecclesiæ, scienter celebrantes, ꝟ in locis interdictis, ꝟ excommunicatos publice denunciatos, ꝟ interdictos ad divina officia Ecclesiastica, Sacramenta, ac sepulturam admittentes, Bonif. VIII. 10e Decreto apprehensionis corporalis, affecti, quod non obstante appellatione, suspendendi effectum habet, et collationem beneficii reddit nullam; non vō decretum citationis personalis, nisi simul sus pensio intimetur, licet Officiales Seculares ab officio suspendant, Jbum: Consulendum tamen in prædictis Rituale suæ Diœcesis; quia aliquando plures, ꝟ pauciores sunt reservatæ.

Quæstio Quarta.

De Interdicto, Cessatione a Divinis, Depositione, et Degradatione.

Quæst. 1a Quid, et Quotuplex sit Interdictum? 15.

Resp. Interdictum ℔ Censura Ecclesiastica, privans hominem, ꝟ locum, ꝟ utrumq; simul, publica divinorum officiorum celebratione,

celebratione, aliquod sacramentor administratione et usu Ecclesiasticæ sepulturæ. Unde dividitur, 1o In locale, quod immediate locum afficit; et Mistum, quod immediate locum, et personas, seu incolas afficit, et personale quod immediate personas afficit. 2o Locale ulterius dividitur in generale, quando tota civitas, provincia, diœcesis, v Regnum interdicitur; et particulare, quando aliquis locus, ut aliqua, v omnes Ecclesiæ civitatis interdicuntur, Thom et Cham: non vo tota civitas. Similiter personale est duplex. Generale, quando omnes incolæ, v personæ communitatis, v capituli interdicuntur: et Partiale, quando una, v plures personæ particulares interdicuntur.

16. Quæritur Ob quam causam possit fieri interdictum, et quomodo cesset?

Dico. Interdictum non debet fieri, nisi propter gravem culpam bono publico contrariam, et quidem personale speciale propter personam; ad generale vo personale, ac locale sufficit culpa aliena, videlicet capitis communitatis, v præcipuor membror. Interdictum in ea duntaxat loca, v personas cadit, quæ saltem generaliter in sententia exprimuntur, si sit generale; et particulariter, si sit particulare. Interdictum cessat 1o latum contra communitatem, si membra desinant esse partes illius, fingendo domicilium alibi, modo causam interdicti non dederint; quia tunc manent ubig interdicti, Cap. si sententia de sent. et com. in 6. 2o Effluxo termino præfixo, et in puram pœnam fuerit latum; non vo cessat simplici conditione, si fuerit in medicinam latum ab ipso absolutione Pasor. et alii. 3o Interdictum generale locale, v personale non potest tolli, nisi ab ha

ab habente Jurisdictionem in foro externo, et a quo fuit latum, Nisi Epūs, vel Papa, non vō ab habentibus privilegium absolvendi a Censuris in foro conscientiæ tantum; quia laici, ac Communitates non subjacent foro conscientiæ, bene autem interdicto personali particulari, Gl. Servasius.

NOTA. 1o Interdicto Clero, non interdicitur populus, Bonif. VIII.; quia est status specialis, nec juste multos sacerdos scientiæ nulli Ecclesiæ mancipatæ; quia non est unum cum alio Clero Corpus; nec Religiosi; quia est res odiosa; bene autem, si interdicantur omnes Ecclesiastici, vel simul essent Pastores; non possunt tamen Religiosi exempti interdici ab Epō o interdicto personali; quia ei non subjacent, nec eor Ecclesiæ interdicto locali speciali, bene autem generali, Conc. Trid. Ss. 26. Cap. 12. de Regul. Interdicto populo non interdicit Clerus, Bonif. Cit.; nec Rudiosi, nec peregrini, Bass; quia non sunt pars populi: interdicta vō tota familia, etiam comprehenduntur Clerici, qui sunt in illa; quia sunt partes illius.

2o Interdicta Civitate, interdicto subjacent etiam partes, ut Suburbia, Ecclesiæ, ædificia subjacentia, quamvis alterius esset Jurisdictionis Civilis vel Spiritualis, ut Regularium, vel alterius Diœcesis, Gl. Gen.; modo Ecclesia matrix illud observet, apud Tourn.; et interdicta Communitate, omnes illius personæ, etiam innocentes, et absentes, ac Sodalitia sunt interdicta, Tourn.; quia sunt partes illius; excepto Epō; quia non comprehenditur interdicto adversus Clericum diœcesos lato, nisi expressa de ipso fiat mentio, Innoc. IV.; nec interdicto personali a se lato; quia nemo habet vim coactivam in seipsum, aut æqualem, vel superiorem, sed in subditum, Tournely.

3o Interdicta Ecclesia, interdicuntur Capellæ illius, et Cœmeteria ipsi contigua, sed non viciniora, ibid; quæ accessoria sequitur principale; nec Cœmeterium interdictæ muro ab alio separatum, Tournely.

4o

4º Interdicto loco, non interdicuntur personæ illius, sed possunt alibi interesse divinis, et si interdicantur Cives, nullibi possunt interesse divinis, nisi desinant ibi esse Cives, et causam interdicti non dederint; interdicta autem persona, non interdicitur locus, sed interdicto Parochio, possunt divina in illius Ecclesia celebrari ab alio. 5º Interdictum qualecunq generale, sive speciale, quod servatur ab Ecclesia principali qualis est Cathedralis, debet servari etiam ab aliis ejusdem loci Ecclesiis, Joum.; possunt tamen in iis celebrari divina officia in silentio, januis clausis, ut infra, si nominatim non sint interdicta, Bonif VIII.

17. Quæritur 3º quinam sint Effectus Interdicti?

Dico. Tres sunt effectus interdicti, videlicet, 1º Privatio usus activi, et passivi certorum Sacramentorum, videlicet Extremæ Unctionis, Ordinis, Eucharistiæ respectu Sanctorum ita in Jure; et matrimonii saltem cum solemnitate, P. Gen. et alii. 2º Privatio usus omnium divinorum officiorum, quæ fiunt in Ecclesia a Ministro tamquam a persona consecrata, et ad illa deputata ut Missæ, horæ canonicæ, &c. 3º Privatio sepulturæ Ecclesiasticæ. Interdictus tamen non privatur exercitio Jurisdictionis exterioris, etiam nominatim denunciatus; et potest excommunicare, absolvere, Indulgentias concedere, et eas lucrari. Bonac.

418 I. Graviter peccat, tempore interdicti veniens, & administrans Sacramenta Extremæ Unctionis, Ordinis, Eucharistiæ, non ut modum Viatici, & Matrimonium cum solemnitate; quia grave Ecclesiæ præceptum violant; potest tamen omnibus interdictis, etiam cum solemnitate Confer. Baptismus, Confirmatio, Eucharistia moriturus, cum exorcista Solemnitate, cum lumine, et Campana, P. Gen. Bonac. Joum. et pœnitentia P. Gen.; modo causam interdicti sua culpa, Consilio, & auctoritate non dederint, & si dederint, de delicto satisfecerint, & satisfaciendi cautionem præbuerint, &c. si

Vel si non possint, Juramentum prestiterint, Cap. alma de Sent. excom. in 6.; et Matrimonium de jure novo saltem sine solemnitate, ac Januis clausis P. Gen. et alii; & Consulendus Eppus Tourn.; quia secus est, cum auctores non conveniant; et si poenitentia non posset conferi infirmo, potest dari Extrema Unctio, etsi desint Ministri pro Sacramentis tempore interdicti permissis, aliquos ordinare licet, Tourn.; quia concedendo finem, conceduntur et media, sine quibus non potest haberi; et porro evanda Eucharistia pro Viatico, licitum est semel in hebdomada, non pulsatis Campanis, submissa voce, Januis clausis, expulsis excommunicatis, et interdictis, celebrare, etiam in loco specialiter interdicto, Nav. et alii; quia periculosum, ac indecens esset Viaticum in alia parochia petere, Tournely.

2o Graviter peccant Celebrantes tempore interdicti officia divina, quae fiunt in Ecclesia a Ministro tamquam persona ad illa deputata, ut sunt bone tamquam persona ad illa deputata, ut sunt bone & Canonice. Missa Sacrificium, Processiones, &c.; & laici, vi, fraude, mendaciis se divinis ingerentes; quia gravem Ecclesiae injuriam faciunt, et veniali ter tantum, secluso dolo, fraude, scandalo, contemptu, mendaciis, Nav. Cajet.; quia tales non eos directe, et principaliter, sed Clericos afficit, ne laicos ad divina admittant. Possunt tamen ex Concessione Bonif. VIII. celebrari divina officia in Ecclesiis Regularium, et in aliis specialiter non interdictis, et in Collegialibus, etiam sub privatione praesentiae; et obligati tenentur iis, ut antea, interesse, Tourn. P. Gen.; et Cajet. et Cap. Alma Mater, quia, quod jure concessum, si aliunde ad id quis teneatur, illud implere tenetur, vide in P. I. Tract. 2. Quaest. 1. Quaer. 3. 11.; sed celebrari debent submissa voce, ut foris non audiantur, Januis clausis, excommunicati, et

et interdictis exclusis; et si non possint expelli, debent Clerici, et Sacerdotes cessare, Cantore nondum incepto, Bill.; et Campanis non pulsatis, neque eam campanula ad elevationem; Bill. exceptis ad Concionem, salutationem Angelicam, et aliujus obitum, B. Gerv. et alii; et tempore interdicti generalis localis etiam solemniter, Januis apertis, alta voce, Campanis sonantibus, in Festivitatibus, Natali Dñi, incipiendo a primis Vesperis, P. Gerv.; et Pascha, ac Pentecostes inchoando a Missa solemni Vigiliæ, cum sequentibus, Pallud., Soto, et alii; in Assumptionis B.V. Marie a primis Vesperis, B. Gerv.; et Immaculate Conceptionis Leo X.; ac in festo Corporis Xti, Toum.; divina officia in Ecclesiis, ac Monasteriis (non vero Oratoriis privatis) celebrari possunt, excommunicatis exclusis, sed interdictis admissis, modo, qui causam dederint, alteri nullatenus appropinquent, Bonif. VIII.; videlicet accedendo ad offertorium, et ad Communionem, B. Gerv. et alii.

HINC II. Graviter peccant celebrantes sepulturam Ecclesiasticam, 1° si interdictum sit generale, etiam infantium, et amentium, qui nunquam peccaverunt, quod debet fieri sine omni solemnitate in loco non sacro, seu non interdicto. Exceptis Clericis nominatim non interdictis, qui illud non violaverunt, nec illius causam dederunt; hi namque ex speciali Innoc. IIIi, privilegio possunt sepeliri in Cœmeterio etiam specialiter interdicto, si alius desit locus pro sepultura fidelium destinatus, Toum. et alii; sine campanæ pulsatione, cæsantibus omnibus solemnitatibus, cum silentio, Innoc III. cit.; quod extenditur etiam ad Monachos, et Moniales, Toum.; exceptis dumtaxat festivitatibus, in quibus ex quid solemnes si ullæ divina fieri possunt, B. Gerv., Bill. Si sit particulare locale, ut unius duntaxat Ecclesiæ, sepulturam in ea Ecclesiasticam facientes; quia nullus in loco interdicto sepeliri potest, benedictum

m

in alio sacro non interdicto, modo ipse non sit interdictus, nec interdicti causam dederit, Toumely.

2º Si sit personale generale totius communitatis, vel particulare unius, vel alterius personæ, si sint Nominatim denunciatæ, eas sepultura Ecclesiastica donantes; quia non possunt gaudere sepultura Christiana cum solemnitate consueta, et in loco sacro, bene autem, si nec communitas, nec particulares sit denunciatus, Toum.; quia, quibus vivis communicavimus, mortuis quoq communicamus Regul. Juris. Sepultus autem tempore interdicti in loco non sacro, sublato interdicto, exhumandus, et sepeliendus in loco sacro, modo non specialiter interdictus fuerit, nec interdicto causam dederit, Toum.; vel vo et exhumari debet sepultus in loco sacro, si non fuerit specialiter denunciatus. P. Servasius.

Quæritur 4º A quibus Interdictum violatur? 18.

Dico. Interdicta generalia vix locum habent in Gallia; quia Regiis sanctionibus declaratione Bonifacii in nitis, jam anno 1350 et 1359 cautum est, ne quis regna Gallicæ interdicto subjiciat, Toum.; et nullum locale incurritur, nisi sit denunciatum, Svar. Toum.; quia si persona non sit vitanda, nisi sit denunciata, nec locus, nisi denunciatus, vitandus est; nec in Gallia a sepultura Ecclesiastica, nisi nominatim interdictus, excludendus est particulare vel personale ab ingressu Ecclesiæ incurritur, 1º a Celebrante in loco interdicto. 2º ab admittente Nominatim excommunicatum, vel interdictum ad officia divina, sacramenta, vel Ecclesiasticam sepulturam. 3º Ab Episcopis, vel superioribus, beneficior, et Ecclesiar vacantium bona, vel hæreditatem usurpantibus. 4º A præsumentibus ferre censuras, non servata solemnitate præscripta sub pœna interdicti. 5º Ab Episcopis in visitationis decursu usura debita recipi debibus, et intramensem duplum non restituentibus.

Quæritur 5º An pœnæ sint pœnæ contra violantes interdictum? 19.

Dico. Pœnæ contra violantes Interdictum sunt variæ, videlicet, 1º

1º Ecclesiastici personaliter interdicti exercentes ac tum proprium Ordinis, præter mortale incurrunt Irregularitatem, Cap. is cui de Sent. excom. in 6; et suspensionem ab officio, ac proinde etiam a Jurisdictione, B. Gerv.; et violantes interdictum locale sabremgene rale, incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiæ, privantur electione activa, et passiva, posunt. S. Sententiam privari beneficiis; et Regulares etiam exempti, non servantes interdictum locale a Papa; v Eppo latum, quando servatur ab Ecclesia Cathedrali, v matrice loci, in quo habitant, ipso facto excommu nicationem incurrunt, Clem. 1. de Sent. excom. et Conc. Trid. Sess. 13. Cap. 12. de reformat; etiam si interdi tum reipsa sit nullum, Bass. Bonac, Vagm. apud P. Gerv. 2º Latii S. violentiam se divinis ingeren tes, præter mortale, excommunicationem incurrunt, B. Gervasius.

D. Queritur 6º Quid sit Cessatio a divinis, depositio, ac degradatio?

Resp. 1º Cessatio a divinis, est prohibitio celebrandi officium divinum, et administrandi Sacramenta, solem nitatis officii, ac Ecclesiasticæ sepulturæ, ab homine, v a Jure facta ob justam causam.

2º Depositio est pœna Ecclesiastica, qua Clericus in perpetuum, et sine spe restitutionis, privatur omni beneficio, et officio clericali, retento solo privile gio Canonis, et fori, et vocatur in jure degradatio vocalis, seu Verbalis.

3º Degradatio, est pœna Ecclesiastica, qua clericus in perpetuum, et solemniter privatur, non solum om ni officio, et beneficio, sed etiam privilegio canonis; et fori, retento solo Caractere.

D. Queritur 7º Quinam sint effectus Cessationis a divinis, depositionis, ac degradationis?

Dico. Cessatio a divinis, sive ob pollutionem Eccle siæ, sive in signum mœroris Ecclesiæ ob gravem alicujus scelus, v

v̄ honori Dei illatam injeriam indicta, licet eosdem habeat effectus, ac interdictum, illius tamen violatio non inducit irregularitatem; quia non est Censura, Thom. ex Cham.; Regulares tamen ea violantes incurrunt excommunicationem, Clem. I. de sent. excom.; Depositio privat beneficio, et officio clericali, re tento solo privilegio fori, Canonis, ac immunitatis Ecclesiæ. Degradatio vō utroq privat retento solo Caractere Ordinis; quia est indelebilis; debet fieri ab Epō, v̄ illius Vicario Generali, assistentibus sex alijs in dignitate Ecclesiastica Constitutis, si sit Sacerdos; et tribus, si sit Diaconi, v̄ subdiaconi, Conc. Trid. Sess. 14. Cap. 4. de reform.; et fit Spoliatione Vestimentor sui Ordinis, de Vasor Sacror, ac Tonsura, et Traditione Judici Secularj, cum protestatione contra mortis periculum.

H.I.N.C. 1ª Indicta cessatione a divinis, graviter peccat Clericus Sacramenta prohibita administrans, vel divinum officium publice celebrans, v̄ laicos sepultura Ecclesiastica cum solemnitate officij funebris donans; non tamen fit Irregularis; Regulares vō non cessantes a divinis, excommunicationem incurrunt. 2ª Depositus a Judice Secular puniri nequit, nisi sit in eo judice Ecclesiastico declaratus 3ª Degradatus Epus potest valide ordinare, et sacerdos consecrare, sed non licite, et tenetur ad horas Canonicas.

Questio Quinta.

De Irregularitate.

Quæritur 1ª Quid, et quotuplex sit Irregularitas? 2ª

Resp 1ª Irregularitas est impedimentum Canonicum, v̄ defectu, vō delicto provenienes, quo quis dicitur reddiatur inhabilis ad Ordines, et beneficia licite

suscipienda,

suscipienda, et eor functiones obeundas: differt a Censuris, quæ non directe, sed tolum indirecte impediunt susceptionem, et executionem Ordinum.

2m Dividitur 1e in totalem, quæ omnium Ordinum susceptionem, et usum impedit, ut ff. homicidium; et Partialem, quæ alicujus tantum Ordinis susceptionem, vel eorum tum, vel suscepti usum impedit; et temporalem, quæ impedit ad tempus susceptionem Ordinum, ut Minor ætas. 2m Dividitur in Irregularitatem ex defecta absq propria culpa, et in irregularitatem ex delicto, seu facto, quæ fundatur in peccato, quod debet esse grave, externum, et consummatum.

23. Quæritur 1o quomodo, et quot modis contrahatur Irregularitas ex defectu?

Dico Irregularitas quæcunq incurriturettam ab ignorantibus eam inomabiliter; quia non est pœnæ pœna, sed impedimentum ad Ordines, ac beneficia suscipienda, eorumq functiones subeundas, et contrahitur ex defectu 6 modis, videlicet 1o Ex defectu Animi, Nfr. Usus rationis, scientia ff. Canones requisita, et fidei obfirmata, ut Neophitus. 2o Ex defectu Corporis, quando aliquis ita est deformis, vel morbo foedo affectus, ut sine offensione, honore, contemptu, aut scandalo Ordines exercere nequeat. 3o Ex defectu Natalium, quando quis est ex thoro illegitimo. 4o Ex defectu famæ, quando quis est infamis ex infamia sive facti ex enormi delicto famam delinquentis apud honestos viros graviter ledente, et Notorio, et in Gallia accedente sententia declaratoria Judicis; sive Juris ob officium minus honestum, vel ob Crimen infamiæ pœnam inducens, vel ob gravem pœnam graviter infamantem a Judice inflictam. 5to Ex defectu ætatis, a Canonibus prescripta. 6to Ex defectu Sacramenti, Nfr. Matrimonii non perfecte repræsentantis

repræsentantis Unionem Xti cum Ecclesiâ ratione Bigamiæ, cum quis plures uxores vere habuit; ℣ interpretative, ducendo Viduam cognitam, ℣ corruptam, licet pro Virgine habitam, ℣ mortua prima uxore, cum aliâ contrahendo, sed invalide propter impedimentum dirimens. 3mo C. III. Cap. Nuper, de Big. non Ord.; ℣ post adulterium propriæ uxoris, etiam ignotum, ℣ violentum eam cognoscendo, ℣ similitudinarie post votum solemne Castitatis in Religione approbata, ℣ post Sacrum Ordinem contrahendo, ac consummando Matrimonium. 7o Et de facto lenitatis, quando quis post Baptismum voluntarie actu, quamvis juste, ac licite hominem fidelem, sive infidelem occidit, ℣ mutilavit, aut debilitavit, ℣ mutilationem membri notabilis distincti propriam actionem habentis, sive in re, sive cum Judicium concurrit; ℣ physice, ut Carnifex, ℣ moraliter positive, ut mandans, Consulens, Consentiens, ℣ negative, ut non obstans, ex officio, ℣ Justitia, ut Magistratus, Medicus, Jovum, et omnes dicto, ℣ facto causam mortis propinquam dantes, ℣ ut Ministri publici circa sententiam rei, ℣ opifices ad illius executionem instrumenta scientes, ac expresse, et in hunc solum finem perficientes, ℣ Vendentes, S. Antoninus, Tolm. Nav. Cont; quia actiones sua directi in mortem alterius tendunt, quod nota quædam est Crudelitatis. 8o Ex defectu Libertatis, ut Servi veri, nisi prius libertate fuerint donati, et Curiales obligati ad rationcinia, Capp. præterea dist. 54.

III. Irregulares sunt ex defectu Animi, 1o Furiosi, ℣ energumeni, etiam lunatici vocati; amentes, demoniaci. 2o Illiterati ad usum Ordinum necessaria ignorantes. 3tio

3tio. Neophiti ab idololatria, Mahumetismo, Judaismo, v hereticis ad fidem recenter conversi, donec Judicio Epi eor fides sufficienter fuerit probata.

HINC. II. Ex defectu corporis Irregulares sunt, 1o Carentes manu, indice, v pollice, v oculo canonico, v sinistro, v cui aberuler erubuit, Cap. Si Evang. dist. 55. surdi utrag Aure, v Carentes pedibus, et Claudi sine baculo Altare accedere non valentes, Cap. Nullus Epis dist. 1. de Conf.; ridiule gibbosi, gigantes, Pigmei, Ethiopes; quia in his partibus pariunt horrorem.

2o Habentes dentes defactuose extra os prominentes, donec resecentur, v labia corrosa, v abscissa, v linguam valde balbutientem, ut vix verbum integrum proferre possint.

3o Leprosi, absemii, tremuli manibus propter periculum scandali, v effusionis sanguinis, Cap. tua nos de Cler. dgr.

4o Hermaphroditi etiam occulti, Cap. Sexes 11. q. 3. etiam si sexus virilis prævaleat, Bill. Tournely.

5o Ad horrorem scabiosi faciem habentes ustulatam, v deformiter maculatam, Ritus Urgent. Laborantes febri continua, morbo veneco, si horrorem, v scandalum parial; lepra, paralysi, appoplexia, v morbo caduco laborantes, ad Ordines suscipiendos in perpetuum sunt Irregulares, nisi affectus epilepticus ante annum 14. acciderit, Cabass.; qua ante pubertatem amotionem recipit, post annum 25 vo fere co mittatur ad mortem usg, Hipocr.

6o Carentes aliquo membro, v parte etiam membri occulti, ex propria Culpa voluntaria, 6 Gen.; ut Eunuchi, Virilia abscindentes causa, ut ob cantum, v Castitatem, sibi amputantes, v amputari permittentes, v iis in poenam delicti amputatis, Cap. Si quis, et Cap. hi qui dist. 50. Non autem censentur Irregulares Eunuchi sic nati, v propter infirmitatem, aut injectam vi violentiam facti, Cap. dl Corp. vit.; nec habens tantum maculam in oculo visum non auferentem, v si dextro oculo sine deformitate possit legere Canonem, Valent. Henrig. Tourn.; v si eum oculo dotificiali resarcial, Pont.; sed consentiente Epo; nec habens digitos, v aliquos conjunctos, v carens ungula pollicis, v alio digito, v dentibus, quia in omnibus prædictis non est notabilis corporis defectus; in labio p. Eppum, si dijudicandum, et qui manibus debet supl. ad sacerdotium, et Abscemii, v Carentes pollice, etiam inhabiles sunt ad Tonsuram, et Ordines inferiores, Pontas. Tournely.

Finis 3i

HINC III. Ex defectu Natalium sunt Irregulares omnes illegitimi, sive spurii, sive naturales etiam occulti, Cap. 1. et 2. de Fil. presb.; nisi essent legitimati subsecuto Matrimonio solubili cum prolata, Cap. tanta, &c., etiam cum impedimento dirimente inualide, sed bona fide saltem ex una parte in facie Ecclesiæ contracto, licet ex Sent. tiam præhabita dissoluto, Cap. Cum inter.; & nisi legitimentur per professionem Religiosam; dicta tamen legitimatus non potest ad Prælaturas promoveri. Dubium, an sit legitimus, non habendus est Irregularis, Cap.; nec tenetur credere Matri, se esse illegitimum in fine vitæ asserenti, Avila, et alii; nisi circumstantiæ suadeant, & pater confirmet: in hospitali tamen exposuti præsumuntur illegitimi, communiter apud Doum.; quia non solent alii exponi; et filii Clericorum illegitimi non possunt obtinere beneficia Ecclesiis, ubi eorum Patres beneficium quomodocumque dissimile habent; nec in iis quovismodo ministrare, nec pensionem super fructus beneficiorum Parentum habere, Conc. Trid. S. 25. Cap. 15.

HINC IV. Ex defectu famæ sunt irregulares 1° ratione officii minus honesti, histriones, tortores, mimi, comædi, usurarii, & aliud officium minus honestum, ut macellarii, tabernarii publice, et personaliter exercentes, et non, abeo desistere volentes, Clem. 1. de vit. et honest. Cler.; quia officium publice eos infames facit, nec opus est eorum delicto Judicis Sententia, Doumely.

2° Ratione delicti sive sit facti legalis, cui in Jure annexa est infamia, uti sunt homicidæ, maleficii, criminosi, perjuri, sacrilegi, rei criminis læsæ Majestatis, et eorum filii, & prostitutores filiæ, & neptis, hæretici, schismatici, simoniaci, sodomitæ, lenones, usurarii, famosum libellum facientes, consentientes, inveniendo, si illud non lacerent, belli desertores in duello pugnantes, adjuvantes, spectantes, &c., apud Doum.; sive sit facti popularis, quod prudentum æstimatione boni nominis amissionem parit, modo

modo crimina sint notoria, et in Gallia accedat Sententia Criminis declaratoria, vel saltem judicium Epi; Toum; Sive sit ff. Sententiam Judicis, v. habione poenâ infamiam inferentis, ut ad Lipsium pro poena alligati, Virgis cæsi, Carcere, exilio, in perpetuum damnati; quia censentur civiliter mortui, et beneficium amittunt; Secus si ad tempus, et infra decem tamos redire possint; novum tamen acquirere nequeunt; item ad triremes, v. ad honorariam muletam in publicum, v. numeallis publicis traducti, a Judice in auditorio re prehensi; quia hæ poenæ infamiam inferunt; etiamsi delictum, ob quod istæ poenæ imponuntur, fuisset tantum præsumptum, ac falsis testibus probatum, Toum.; quia pœnis nota infamiæ annexa ff; non vel sunt infames Solum admoneti in judicio; bene autem ff. decretum comprehensionis, contra Toum; nec ff. matrimonii ff. se obeundi denunciationem; quia licet juxta Edictum Reg 1670. tit. Art 2.; ff. istud decretum suspendatur exercitium Jurisdictionis civilis ad quam Judex Ecclesiasticus confirmare se tenetur, nulla inde nascitur Irregularitas, respectu beneficii, v. Ordinis, in quo ministrare potest, Toum. de Ord; bene autem ob muleram pecuniariam in criminalibus; nec poenæ a Judice ecclesiastico inflictæ, habent directe quoad effectus civiles inducunt infamiam; quia sicut bona fortunæ, ita fama directe subsunt jurisdictioni civili; indirecte tamen infamiam inducunt, declarando Crimen infamiam importans, v. in ordine ad effectus spirituales.

Tollitur autem infamia ff. Sententiam Judicis, qua Criminis accusatus declaratur innocens, et ff. notoriam morum in melius conversionem, Toumely.

ANNO V. & defectu Etatis, Pueri, et omnes alii non habentes Etatem a Canonibus præscriptam numerando diem bis sextum, Toumely; et

et presumentes ante etatem sacrum aliquem Ordinem accipere ipso facto ab illius exercitio suspendantur, et eum exercentes fiunt Irregulares, nec superveniente etate ante obtentam a Papa absolutionem possunt illum exercere. Consl. Gu II. Joum. etc.

St. Inc. VI. Ex defectu sacramenti, Irregulares sunt bigami ante, & post Baptismum facti, s. Augus. S. Ambr. 1m Bigami vagi, qui vere duas successive habuerunt uxores 2o Interpretativi, qui duo matrimonia contraxerunt, sed unum, & utrumq; cum impedimento dirimente, Innoc. III. Cap. Nuper; & cum Vidua, & quomodocunq; corrupta etiam pro Virgine habita, & s. post adulterium pro prio uxore, etiam ignotum, & violentum, eam cognoverint, Cap. Curandum.

3m Bigami similitudinarii, qui post votum solemne castitatis in Religione approbata emissum, & sacrum Ordinem susceptum, matrimonium contraxerunt, et consummaverunt, sive valide cum dispensatione Papæ, sive invalide, Joum.; et patet ex Cap. quoniam vot. modo copula fuerit perfecta; non tamen sufficiunt sponsalia cum pluribus, etiam secuta copula; nec fornicatio; nec solum Matrimonium ratum, etiam cum pluribus, Gerv.; nec si quis propriam uxorem post adulterium illius intactam reliquerit; nec si Secularis Nubat Monialis, Joum.; quia his jura Ir regulas Vitalem non decernant.

St. Inc. VII. Ex defectu lenitatis, Irregulares sunt, 1m Milites in bello aggressivo, etiam juste propria manu militantes, & occidentes, non vo in mere defensivo, nisi animo proliandi eo venerint, Joum.; quia in mere offensivo judicibus, et in defensivo in ipsum invasorem occidentibus a quibus plectuntur, nec fiunt irregulares, etiam bello injusto assistentes, non animo proliandi, sed spiritualiter adjuvandi, pacem componendi &, licet

licet ff. excidens pro salvanda propria vita occiderent, nec Alexii jussu Capæ propria manu pugnantes; quia censetur ipsis dispensare; non vō Sæcularibus, Toum.; nec fiunt irregulares, Arma solum ferentes, neminem occidentes, vō mutilantes, Toum, et Castrise communiter; in dubio tamen fundato, an quemquam interfecerint, dispensatio obtinenda est, Pont.; imo etiam si propria manu non occiderint, vō mutilaverint, sed solum impetraverint, vō Comilitantibus presta fuerint, Rut. Argent. de irreg.; quia semivivus est, et in foro externo irregularis habentur: in bello vō evidenter in justo cooperantes, occidentes, vō mutilantes proximi delicto homicidii, quam defectu lenitatis irregulares sunt, ibid. vide infra. Quer. 3.; non autem irregularis est abscindens solum digitum, vō pollicem, partem Nasi, barbam, dentes, Auriculam sumptam pro cartilagine, quæ est circa aurem, Toum.; quia non sunt vera membra, actum distinctum ab alio membra habentia, sed tantum ad ornatum, vō alicui membro integritatem pertinentia; nec abscindens mammam in Viro, bene autem in muliere, Toum.; quia in ipsa distinctum nutriendi actum habet, non vō in Viro; nec irregularis est in Cadaveri inimici desæviens, membra dilanians, &c, abortum ante fœtus animationem procurans, Virum, ac mulierem sterilem efficiens, Pont.; quia vere non sunt homicidæ quoad effectum Irregularitatis.

2do Irregulares sunt Jure communi reum ad vindictam accusantes, denunciantes, testimonium ferentes, Advocati, Procuratores, Scribæ, Judices, Carnifex, Satellites, vendentes, aut confitientes instrumenta Supplicii, uti furcas, scalas, funes, gla-

dium

gladium juridice in hunc solum finem, Aut. supra cit.; et procurantes ligna expresse ad comburendum reum vivum, cum si prius suffocatus fuisset, Toum.; in Gallia tamen accusatores, ac denunciatores non fiunt Irregulares; quia civiliter tantum, et Procurator Jurisdictionis, aut Regius criminaliter solum accusat, et ad mortem concludit; neutes, ac rei comprehensores; quia ô Canones circa illos nulli existunt, ô in Gallia non sunt recepti, Bord.; nisi sponte, et mortis alienæ libido eos ad id faciendum induxat, Toum.; Nec Judices ad torturam, ad stigma, seu cauterium liliatum, sive flagella, infessionem linguæ, ô alterius membri condemnantes; quia non est mutilatio, quæ indicat separationem membri, nec ad mortem, ô mutilationem damnati, fuga, ô principis gratia liberentur, S. Thom. et Pontas.

3° Irregularitatis periculo se exponunt etiam omnes dicti, ô facta causam mortis propinquam dantes, ô ad illius acceleracionem affectu sciuto deliberantes, ô ad illius acceleracionem affectu sciuto deliberantes, ut impetrando a Judice rotæ expositum civis sufforari, ne longius torqueatur, ô Carnifici suadens, ut funiferum civis interficiat, ne diu vexetur; ô ut omnino sufforet nondum satis strangulatum, ô ut crura ita frangat, ut aperta vena civis moriatur, Toum. Nav. Alex.; quia licet bona fiat intentione, speciem tamen crudelitatis habent, et mortem directe acceleranti.

Non ob Irregularitatem sunt Principes, leges capitales condentes; nec eis suadentes; nec Episcopi Clericum degradatum tradentes Judici sæculari, etiam si poenam capitalem secuturam prævideant; quia prædictæ remote tantum ad mortem concurrunt; nec Clerici simpliciter adstantes in loco supplicii, nisi ibi essent tam quam sententiam executioni mandantes; nec peccant graviter seduso scandalo, Toum.; peccant tamen venialiter, præcipue si sint in sacris, ô beneficiati, ibid.; quia

quia Concilium V. Later. Sub Innoc III prohibet, illa
communicari; nec Chyrurgi juxta regulas mutilatio
nem consulentes; vel exequentes Joum; quia in his non
deest benignitas, sed ducit Charitas ad totius conserva
tionem; nisi ex gravi illius culpa mors sequatur, etiam
in dubio, an sufficientem diligentiam adhibuerint; Cap.
18. de Homic; a fortiori, si ex potione non satis cognita
experimenti gratia concessa moriatur, Joum; nisi
aliud non haberent, et sine illa desperata aegrotan
tis vita fuisset, Joum; nec Clerici sacris initiati me
dicinam, vel Chyrurgiam exercentes juxta artis regulas,
vel suadentes, aut jubentes, juxta medicinae regulas
medicinae sumptionem, etiam si aegrotus ille moriatur, Joua.
nec si penitus non cupiditatis causa adustionem,
vel mutilationem jubeat, Innoc. III; nec Chyrurgum
secantem adjuvans, C. Serv. Joum; modo nullam fa
ciant incisionem, vel adustionem; quia tunc, si sint
in sacris, fiunt irregulares, si mors etiam adhibita
omni diligentia sequatur, etiam si solum venam
aperiant, non vero emplastro mollificativo apo
stema aperientes sine culpa mortis sequatur, Joum. Sala;
quia non est incisio; nec si incisionem fecerint urgente
necessitate, ut tempore Pestis Joum; quia necessitas
excusat; nec si mors non sequatur, ibid; quia licet
peccent agentes contra prohibitionem, irregularitas
non oritur ex mutilatione ordinata, ad conservationem
totius, cum non fiat ex defectu benignitatis; nec si
mors sequatur, non vi abscissionis, sed aegroti culpa;
quia non operanti imputatur, nisi dubium esset,
tunc dispensatio petenda a Joum; nec eam muniunt
infirmarii aegrotum vertendo, transferendo, cibum,
vel potum porrigendo, et; mortem accelerantes, nisi
expresse a Medico ista fuissent prohibita, et

et mortem mortali culpa cauent, etiam si pie
tatis causa fiat, ne diutius patiatur, ꝰ ne satis
factione cibo, ꝰ potu diutius careat, Toum.; nec
injustum invasorem pro defensione propriæ vitæ
occidentes, ꝰ mutilantes cum moderamine inculpa
tæ tutelæ, licet leviter excederent, Toum.; nisi
quis se exponens duello, ꝰ adulterio, aut bello
injusto, prævidens, pro tutela propriæ vitæ alios
esse occidendos, Toutn.; ꝰ si fuga vitæ suæ consule
re potuisset, quamvis cum præjudicio sui honoris,
ibid.; quia vita, et quidem proprie, non ob honori
tuendi causa eximitur; nec ob defensionem
bonor, ꝰ vitæ Patris, aut sororis, ibid.; bene autem,
si jure naturali, ꝰ divino, ut pro defensione Regis,
Reipublicæ, fidei occidere teneretur, Bonacvita,
et alii; quia homicidium non esset omnino volunta
rium, nec censetur Ecclesiam velle punire ob id,
quod sine peccato non potuit omitti; nec Clericus
accusans reum de injuria sibi, ꝰ suis rebus illata
cum expressa protestatione, sed solum, ut sibi, ꝰ
suis satisfiat: in Gallia tamen protestatio non est
necessaria, Toum.; quia non ff. le, sed solus Pro
curator-Fiscalis, ꝰ Regius ad vindictam accusare
potest, ut supra dictum est; nec teneri etiam Clerici,
ac Regulares, sanctione Regia compulsi testimoni
um ferentes in Gallia simul Irregulares, quia non
intendunt mortem, sed rei emendationem, et simple
re legem, ac justitiam, Toum, et alii Doctores Galli contra
alios. Nec obstat, sic Notarii in Gallia consentur irre
gulares ex usu Regni, Rit. Argent. de irreg.; nec
officiales indifferenter funes, Kalas, et vendentes,
licet etiam carnifex abilli emeret ad rei executionem,
modo

modo non expresse in hunc finem fabricentur: cum tamen circa predicta variæ sint Doctorum opiniones, arbitrio Episcopi standum est; nec Clericus habens Jurisdictionem temporalem mandans suis officialibus, ut capitis pœna reos inquirant, et pronuncient; nec Concionatores Judices exhortantes, ut Rempublicam purgent; nec Confessarius hadens pœnitenti judicialiter interrogato, ut delictum confiteatur; sed justæ mortis sententiæ acquiescat, quam differre nequit, nisi per injustam appellationem, etiam negando de absolutionem; nec si dicat Judici, esse obligatum ad condemnationem rei, præcipuè in genere, et abstrahendo ab isto particulari, vel impetrans a Judice ne ante domum matris transeat, licet via esset brevior; nec reo consolationis gratia dicens: perge alacriter; nec Carnifici dicens: de funetum esse suo officio, nihil obstare executioni; vel in genere ostendens Carnifici modum nodandi funem, et citius moriatur, Joum.; quia solum per accidens, et præter intentionem in prædictis causa est, ut reus citius moriatur; vel dicens ei pro majori merito, ut caput supponat ad ictum recipiendum ob eandem rationem, vel si dicat, ut quis pro fide mortem sustineat, vel ut ad salvandum asinum lentem in flumen se projiciat, licet cum ipso pereat; Joum.; quia non intendit mortem, et sit per accidens.

HINC VIII. Ex defectu libertatis sunt Irregulares, 1o Servi promiscui dicti De Conjugati, nisi consilio consentiens, et Religionem ingrediendo, vel de consensu Episcopi, votum perpetuæ castitatis emittens. 3o Curiales laicis sæculari addicti, ut Judices, Advocati, milites, Apparitores, etiam quamdiu ictis functionibus sunt addicti. 4o Obligati ad rationem, ut thesaurarii publici, tutores, Curatores, Procuratores, etiam nisi prius redditis rationibus, et depositis sua obligationis causa præstitis, Ecclesiasticos, vel Miserabilium administrationem gerens,

Vocis 3o

Queritur 3° quot modis contrahatur Irregularitas ex delicto? 24.

Dico. Ex delicto quinque modis contrahitur Irregularitas, ex Crimine etiam non notorio hæresis, et apostasia a fide et Religione, receptores, defensores, fautores, ipsorumq; filii usq; ad secundam generationem ex linea paterna, et primam ex linea Materna Cap. 15. de hæret. in 6.; in Gallia tamen non viget, et absolute possunt ordinari, Tourn. Tom. 2. et Cham. Pont. 2° Ex reiteratione Baptismi a Sciente, et absolute baptizante, et Baptizato, Cap. Confirmando dist. 50.; et ex officio rebaptizanti ministrante Cap. 2. de Apost. 3° Ex indebita susceptione, et usu Ordinis. 4° Ex homicidio injusto, sive sit simpliciter voluntarium, quod in se directe, vel in causa est intentum, ejusq; Cooperatores, mandantes, Consulentes, non impedientes ex justitia obligati impedire, sive sit causale mixtum, quod præter intentionem agentis ex actu sequitur, et quo prævidens moraliter potuit, ac debuit adhibendo diligentiam sub mortali debitam, vel abstinendo ab opere mortaliter periculoso, cum non satis erat penitus; non vo ex jure causali; quod præter intentionem agentis sequitur ex actione, ex qua non prævidebatur, nec moraliter prævideri potuit seu tunc, sive evidenter vacet rei licitæ, sive illicitæ in ordine ad homicidium non mortaliter peccaminose, Tourn. P. Serv. et alii; quia primum est plene voluntarium, ac proin irregularitatem gravissimam raro dispensabilem inducit; secundum sufficienter ad mortale, cum potuerint, ac debuerint evitari; tertium vo sive vacet rei licitæ, sive illicitæ non valde periculosæ est mere involuntarium, ac proinde non mortaliter peccaminosum. 5° Ex mutilatione membri principalis actionem propriam habentis, P. Serv. et alii; quia Ecclesia eandem ei imposuit pœnam.

Hinc p°

H.I.N.C.I. Ex delicto hæresis, Irregulares sunt, independenter ab infamia, hæretici etiam occulti, et ab hæresi absoluti, modo sint externi, apostatæ a fide, etiam externe tantum sacrificando idolis, et fautores eor, ac defensores, et filii post hæresim nati, Nav. et alii; etiam illegitimi Avila; usq ad primum gradum ℣. lineam materiam, et in secundum ℣. paternam, quod ℣ parentes in hæresi sunt mortui, ℣ actu existunt, non ℣ si Ecclesiæ fuerint incorporati, ℣ ad pœnitentiam recipiendam ℣ parati fuerint, Svar.; et apostatæ a Professione Religiosa ad Clericatus officium non debent admitti, Cap. fin. dist. 50.; non ℣ sunt irregulares in Gallia hæretici, ac eor filii, sed ab hæresi absoluti ad Ordines, et beneficia possunt admitti sine dispensatione, Bonac.; nec pure Schismatici, quia nullibi in Jure irregulares declarati sunt; nec ex Neophytis Paganis, ac Judæis descendentes; quia in Jure non est expressum; nec hæretici solum externi, licet graviter peccent, possunt tamen fieri irregulares defectu famæ, si hæresis fiat notoria.

H.I.N.C. II. Ex reiteratione Baptismi. Sunt irregulares scienter, et absolute sine conditione rebaptizantes, et rebaptizati etiam ex metu gravi, ℣ ex officio rebaptizanti ministrans, ℣ Voluntarie, et absq necessitate ab hæretico declarato se baptizari finens, Bzt. Argent. Tourn.; Non ℣ irregularitatem incurrant ignoranter ignorantia facti rebaptizantes, nec in dubio sub conditione, ℣ in infantia rebaptizati, quia non intelligitur reiteratum, quod nescitur, ℣ ambigitur esse factum, Cap. 3. de Presbyt rebapt.; nec veres, qui obstetrix baptizando erraverit, ℣ non inquirens, an baptizaverit, sine conditione eum baptizans; quia mente censetur virtualiter conditionata, cum non novum jam legitime baptizato baptisma conferre voluisse, credatur, Tournely.

Hinc ℣

Art. N. III. Ex indebita Susceptione, et usu Ordinis, sunt Irregulares, 1° recipientes Ordines furtive, et amens celebrantes, non approbati, vel non admissi, vel post Contractum Matrimonium, licet non consummatum invita Uxore, nisi simul emittat Professionem in Religione approbata, Et haec vag. antiqua de Voto.

2° Ff. Saltem Rit. Argent.; licet juxta Tournely incertum sit.

3° Ab Episo non habente Jurisdictionem, vel ab excommunicato excommunicatione majori, Suspenso, interdicto, deposito, vel degradato, Tourn.; vel in excommunicatione majori, quamvis etiam de hoc dubitet, Tournely.

4° Non servatis interstitiis, et sine dimissoriis.

5° Exercentes in excommunicatione majori etiam occulta, Suspensione, vel interdicto actum proprii Ordinis Majoris; non vero minoris, Tourn.; quia etiam Seculares hos exercent, nisi forte fierent vi Ordinis, Rom. et Cham.; et fiunt irregulares, etiam si suspensio, et interdictum essent solum ad tempus, et secundum formam, Rit. Argentinensis.

6° Exercentes Ordinem, quem non habent, et jubetur tamen laicus amm dalmatica sine Manipulo vices Subdiaconi gerens, Tourn. vel Praedicans, Cont. ibid.; quia non est actus Ordinis, et laico committi potest ibidem.

7° Fit Irregularis exercens Ordinem inordinate susceptum, idest Superiorem ante inferiorem; vel in loco interdicto scienter celebrans; non vero celebrans in Ecclesia polluta, Cap. is qui de sent. excom. in 6.; nec fit irregularis ordinem ad se non pertinentem exercens ex inadvertentia, vel ignorantia probabili, vel in casu necessitatis ad evitandum Scandalum, Tourn.; quia non est delinquere facit; nec Diaconus ex mandato Episi, vel Presbyteri solemniter baptizans, sal simul benedicens, non advertens solius

solius Presbyteri esse, illud benedicere, vel simplici Clerico jussu Sacerdotis Epistolam cantare cum alia nipula non advertens, vel ignorans, ornamentum esse proprium Subdiaconi, nec Diaconus excommunicatus, vel ligatus alia censura sermonem habens ad populum, vel Subdiaconus, aut alius Clericus, quia non est actus proprius Ordinis sacri, ut modo dictum, Cont. Tourn.; Nec Sacerdos Eucharistiam, vel Joeni tentiam administrans non subdito; bene autem non Sacerdos absolvens, ibidem.

H. N. C. IV. Et homicidio injusto, vel mutilatione, occidens, vel mutilans in duello, in bello clare injusto, vel prebendo venenum, quo, licet post longum tempus est moriturus, quamvis ante illius mortem vere doleat, et omni conatu illius mortem impedire studeat, Tourn. et alii; quia est opinio probabilior, et in praxi securior, et ob causam voluntarie positam videtur poena dignus.

2o Procurans abortum animati foetus, Bonac. et alii.

3o Mandans, inimicum verberari, qui a mandatario mutilatus, vel occisus fuit, licet expresse inhibuerit, ne mutilet, vel occidat; quia evenire posse, potuit, ac debuit cogitare, Cajet. fin. de hom.; etiam si mandatarius ab initio mandatum non acceptasset, postea tamen mutata voluntate vi illius mutilavit, vel occidit, licet mandans interim etiam suam mutasset voluntatem, et contra ipsius voluntatem evenisset; quia adhuc influxum habuit; et fit irregularis etiam si non inimicus, sed mandatarius fuisset occisus, non quidem irregularitate homicidii voluntarii; quia hoc non voluit, sed casualis, cui cum ego fuit, Svar. apud Tourn.; quia illud prævidere potuit, ac debuit.

4to Consilio voluntatem occidendi in alio efficaci excitans, vel augens, ut facilius, citius, crudelius,

animo

animo firmiori fiat, Toum.; quia operatur in mortem, seu si jam ante ope paratus fuisset, & percussionem evasisset, ut volentem occidere ab occisione retrahat, Toum., fieret tamen irregularis, si adidem minus malum, Nsp. mutilationem cooperetur; modo imprudichis mors, & mutilatio actu sit secuta: non tamen fit irregularis consulens aliquid licitum, et necessarium, unde moriatur, ut defensionem fidei, patriæ, &c., nec si consilium efficaciter ante mortem illatam retractet, omnia destruendo motiva proposita, ita; ut effectum non secutum firmiter credat, ibidem.

5º Fiunt Irregulares cooperantes, si singuli milites belli injusti, et si unicus eorum occidat; arma, pecunias, annonas, procurantes, milites eo fine conducentes, salariaus custodientes; quia tantum causa moralis ad bis injusta; si falso accusantes, testificantes injuste, viam legitimæ defensionis præcludentes, injuste condemnantes, arma projecta sui defensione cum intentione illius mortis baultantes, armis occidenti assistentes, licet non occidant; quia animum addunt: item mutuo consilio ad pugnam se excitantes; licet unicus occidat; seu si nihil subito exorta unus occidat: si ab uno inflicto vulnere lethali, et altero superveniente occidat, hic solus irregularitatem incurrit; quia solus re ipsa mortem intulit; seu si vulnus primi causa fuisset secundi; quia fugere non potuit, & quod illius mortuus sit, Toum.; Non tamen sufficit 1º sola rei habitio homicidii committi inviti, ac nomine illius, ipso tamen inscio, et alias non influente, Toum.; quia hunc consensus solum irregularitatem parit, quæ ad suffitit ad mortale, et obligationem restitutionis inducit, ibid.

2º

2a Non sit irregularis pauperem fame pereuntem non refovens, insidias mortis proximo paratas in via non manifestans, parato ad ferendam opem, ne occidatur, dissvadens, Medicus egrotum, adajus curam gerendam non conductus &, negligens; quia tantum ex charitate tenetur; secus si Medicus ab egroto, & ab oppido, & incolis stipendium acceperit; & ea lege admissus sit, ut omnium curam gerat; vel paratum ex charitate ad succurendum, vi, & dolo retrahat, & maritus uxori aliunde non habenti alimenta ad vitam conservandam ea deneget, & si Cmeeps innocentis defensionem negligat, Judex injusta morti sententiæ non obstet, Dnus, & Custos furem, si non caveant, ne fere obvios occidant, Pater, si puellæ ab ipso decepte abortum proponenti non contradicat, Navis gubernator, si neglecta navis cura in scopulos impingat, Custos viæ prætereuntes nocte non monens de præcipitio recenter sub orto,, & de hostibus, unde mors videtur indubie secutura; quia omnes isti ex justitia eam tenentur impedire; Si leviter ense jugulare intendens manu fallente graviter mutilans, & omnino occidens, Chyrurgus prolem ex utero secans; cum scial se imperitum, matrem occidens, gravidam scienter persequens, abortum fœtus animati causans, lignum ex turri in plateam ubi homines transeunt, projiciendo ebs occidens; infantem obviam aqvo lapso freno opprimens; advertens, frenum esse debile, et equum freni impatientem, Jouat; quia cum in prædictis homicidium sit ~~casuale~~ casuale mixtum, illud prævidere, et adhibendo diligentiam debitam, & abstinendo ab opere periculoso ad mortem tendente precavere potuissent,

ac

ac debuissent; secus si lignum ex tum projiciens
amasset, si quem apposuisset, vel homines non tran-
ire soliti fuissent, vel insolita equi ferocitate in
stantem obvium occidisset; quia tunc esset homi-
cidium mere casuale, quod prævidere nec potuit,
nec debuit.

3° Irregularitatem non incurrit pulsando cam-
panas cadentis intinnabulo Ecclesiam ingredien-
tem occidens, vel cædendo suam arborem, omni
adhibita diligentia, ne cuiquam noceat, transeun-
tem opprimens, vel Laïcus in suo falso errore invin-
cibili hominem profera occidens; quia pro irre-
gularitate ex delicto requiritur voluntarium
ad mortale sufficiens; nec incurrit, etiam si
pulsasset campanas tempore interdicti, vel ex-
disset arborem in alieno fundo, invito Dño,
vel occidisset in venatione in alterius sylva, vel
clerico prohibita, Soum. et alii; quia prohibi-
tionem, ac illiceitatem operis homicidium non
est magis voluntarium, nec in ratione homici-
dii peccaminosum, cum non sint prohibita,
quia in ordine ad homicidium sunt periculosa;
sed quia alteri virtuti sunt opposita.

4° Non est irregularis in dubio Juris ita com.;
quia non incurritur irregularitas, nisi in jure
expressa; quod autem in jure ita obscurum est,
ut periti dubitent, non videtur in jure expressum;
nec in dubio facti; quia est res odiosa, excepto homicidio
injusto certo commisso; et solum dubio, an ex consilio, vel
mandato, vel alia causa sit secutum; quia, cum con-
stet de homicidio, et causa data, præsumptio stat pro
homicidio, Innoc. III. et Clem. III. et Communio apud Gen.;
si Medicus rationabili fundamento dubitans, an ex vo-
tus mortuus sua culpa mortali decesserit, an data ejusta
abortus, ergo secuto, fœtus fuerit animatus, an graviter
vulneratus

vulneratus et vulnere, v alia infirmitate obierit, Clem. III.; an dato consilio homicidii Secuti efficacitor influerit, sine dispensatione ordinari nequeunt, Toum.; et s. dubitetur inter plures, cujus ictu occisus fuerit, omnes fiunt irregulares, Toum. et Communior apud Gen.; non vo manifeste in dubio de homicidio justo, Sanch. Henriq.; nec in dubio circa substantiam homicidii, Vg. an ille, qui consilium, v mandatum, datum fuit, occiderit, Sanch.; an hominem, v servum qui interfecerit, ibid; quia lex supponit homicidium certo commissum, nec in dubio de mutilatione, v alio casu, quam homicidii, Graua. contra Thom et Cham.; quia Clem. III. loquitur tantum de homicidio, et odiosa sunt restringenda, Reg. Jur.; et Clerici in dubio homicidii, licet quoad actum, et susceptionem sint irregulares, non tamen quoad beneficia, v alios effectus, Toum. et alii.; quia Jus de solis Ordinibus loquitur, et materia est odiosa.

2S. a quibus Hæ vinam sint effectus Irregularitatis, et quomodo tollatur Irregularitas?

Dico. Irregularitatis effectus præcipue sunt tres, videlicet, 1º Inhabilitas etiam ante Judicis sententiam, ad Ordines licite suscipiendos; etiam primam Tonsuram, licet Crimen sit occultum, Toum. Thom et Cham.; quia non est propria pœna, sed impedimentum, licet quoad infamiam debeat esse notorium. 2º Illicita executio Ordinum, ibid. 3º Incapacitas licite, et valide recipiendi beneficia, et illorum fructus, Cabass. Suar. et Secundi, ac communior non vo privat jam obtento, et ejus fructibus; nec exercitio Jurisdictionis, qua potest exerceri sine usu Ordinum; nec jurisdictione Ordinaria proveniente ex beneficio antea possesso, Toum.; nec Jurisdictione delegata, sed valide in utroq foro exercet potest, Toum. Suar.; sed non licite ob illius usus dependeat ab exercitio Ordinis; potest tamen privari beneficio antea legitime possesso ff. sententiam Judicis; nec excusat ignorantia quicunq ab irregularitate ex defectu; quia non contrahitur propter culpam; nec ignorantia inculpabilis legis Ecclesiastice, v irregularitatis excusat ab irregularitate ex delicto;

modo

modo suas, alia lege graviter esse prohibitum; quia sufficit pro poena notitia gravis culpæ

Irregularitas tollitur 1° S. Baptismum omnis proveniens ex delicto antea commisso, et canonica infamia, lenitate, et defectu post Baptismum non remanente. 2° Cessatione defectus temporalis. 3° S. legitimationem, si sit ex defectu natalium. 4° S. legitimam dispensationem a Papa, vel Episo, vel a Bre latis Regularium cum suis subditis vi privilegiorum, potestq; dari, in, vel extra Sacramentum, etiam absenti, vel non petenti, apud G. Gervasium.

HINC I. Irregularis graviter peccat 1° recipiendo Ordines etiam Minores, vel primam Tonsuram, quamvis valide illos recipiat, Soum. 2° Ordines receptos quos cum reverendo, prohibitos, si sit totalis respectu omnium Ordinum; vel exercendo prohibitos, sic sacerdoti amittenti duos digitos cum medietate palmæ prohibetur celebrare Missam, Cap. de Cler. ægr.; potest tamen baptizare solemniter, assistere Matrimonio, ad prohibendam diaconalem promoveri, nisi obstet stylus Curiæ, Bonac. apud Soum.; quia est partialis quoad exercitium Ordinis; habens tamen omnes, amisso pollice, non potest superiores Ordines recipere, Cabass. Pont. et alii; quia irregularitas quoad Ordines suscipiendos est totalis a toto statu clericali excludens, Soum.; Irregularis tamen Ordines exercens prohibitos alias pœnas præter peccatum non incurrit, Thom. et Bharm.; quia nulla in lege decernitur; nec peccat sine clericali solemnitate more laicorum in Choro cantas Vesperas, vel recipiens Sacramenta, vel baptismum administrans sine solemnitate in casu in quo laicus liceat; quia prædicta non facit titulate Ordinem.

HINC II. Irregularis invalide recipit beneficium, illiusq; fructus, ac proinde tenetur 1° dimittere beneficium, nisi irregularitatis dispensationem, novamq; Collationem obtineat;

obtineat; nec eum juvat clausula in Bullis apostolicis apponi solita, Nav. et alii apud Joum.; quia a censuris, non vō ab irregularitate dispensat.

2º Restituere fructus omnes mala fide possessos, et bona fide irregularitatem invincibiliter ignorando possessos, qui extant, vō quibus factâ eâ dilatione Joum.; nisi obtinendo dispensationem pro beneficio, etiam eam pro fructibus obtineat; non tamen privatur beneficiis antea obtentis, Joum. ac Commendi cit.; quia nulla datur hæc beneficii legitimè possessi ipso facto privans, nisi in certis Casibus non præcise vi Irregularitatis, ut ob homicidium voluntarium, et quidem in Gallia qualificatum, ut Patris, Fratris, Epi, vō Sacerdotis, Joum.; privat tamen omni jure ad rem, ut sunt graduatorum nominationes, aliæq. spretæ electiones, Joum.; et Judicis sententia etiam jurata pro beneficio quæsito, et si sit curatum, vō teneatur obtinere dilapsum, vō de eo disponere in favorem alterius, si Conditio beneficii, vō irregularitas, ex Crimine permittat, vō illud dimittere; quia non valet tenere potest id, cujus obligationem inde ortam nunquam licet exercere valet, Salmanticenses; nisi irregularitas solum esset ex defectu, ut elegitudine; quia bene administratorem dissociare difficile, Joum.; vō nisi esset dimittere obligans solum ad officii relictationem ibid.

3º Irregularis promotus invalide eligit, præsentat, et beneficia confert, ipsumq. beneficium administrat, ac proinde invalide absolvit, invalide matrimonium benedicit Joum.; quia cessante fundamento Ntr. beneficii validitate, cessant et actus ab illius jurisdictione dependentes; valide tamen absolvit habens jurisdictionem ordinariam ex alio beneficio, antea legitime possesso, vō delegatam, ante, vō postea ab Ordinario obtentam, Svarez; quia illa non privatur irregularitate; non tamen licite,

licite, quia sine ordinis exercitio ipsi prohibito fieri nequit; nisi irregularitas superveniens jurisdictioni Ordinantis, et beneficio antea posse/so esset, publica ff. denunciationem, ô dubitabat, vel ff. decretum apprehensionis Corporalis a Judice Ecclesiastico emissum, et debito modo intimatum, Sibert. apud Tourn.; sic valida ff. collatio beneficii a bigamis, ab homicidis, ff., nodum irregularitas non proveniat ex Crimine beneficii vacationem ipso facto inducente.

IIe Etiam ex dispositione Juris valida ff. collatio beneficii facta irregularis quatuor casibus ad honestam sustentationem, Nempe subdiaconi, qui culpa sua alterius mortis occasionem dedit, Homicidio, qui factum aliquod duello probatum pugilem in sui locum commisit, a quo alter occisus, IIe Diacono, qui Missae celebrationem usurpare praesumpsit, ita in Jure, Sibert apud Tourn.; ne sustentatione privati ad seculi negotia revertantur.

AD NC. III. Cessat Irregularitas, Ie Ex delicto levi tale, et infamia ff. baptismum, modo infamia non sit ff. sententiam Judicis; sic Judaeus, ô Turca ff. sententiam, infamis post baptismum, manet infamis Tournely.

IIe Ex defecta temporali, ff. cessationem defectus; quia sublata causa tollitur effectus, sic irregularitas ex defectu animi, Etatis, Scientiae, libertatis, tollitur adepta etate, Scientia libertate.

IIIe Ex defectu natalium, ff. legitimationem, ô a Principe quoad effectus temporales, et a Papa quoad spirituales, Tourn.; ô ff. Matrimonium sub quod spirituales, Tourn.; ô ff. Matrimonium sub sequens, ô ff. solemnem in religione approbata professionem, tollitur quoad Ordines suscipiendos; Cap. ut filii extra. de fil. Presby.; non vo quoad Prelaturas, in quibus extra ordinem Emcalia dispensationis a Capitulo generali, ô Provi, Gen.;

IIe

4e Et infamia populari, emendatione prudentum Judicio proportionata; et infamia facti, locimutatione, Tolem. P. Serv.; et Juridica, Capt. dispensatione, vel Epi. in crimine vel adulterio non superioribus, et solum ad Ordines, vel beneficii usum, non vel ad Novi acquisitionem, Soum.; vel Judice etiam Seculari diffamati innocentiam declarante, vel si sit et delicto non propria dispensante, sed indirecte poenam infamiae crimini suo sive amexam, subtrahente, et si sit et infamia facti legalis, dispensatione ab Authore Juris, ibidem.

5a Et defectu Corporis, sublato illius defectu, vel morbo, si et morbo caduc. p. annum assistentesse tu epileptico pro executio Ordinis, vel p. mensem, si nondum constet de morbo, Cap. Nuper.; et relapsor, probato p. annum, si nullum hujusmodi symptoma se exhibeat, Soum.; et tunc debet ad esse altus Sacerdos jejunus, ut eo deficiente, Canone jam incepto Sacrum perficiat, Cap. Nuper Can. III.; pro Ordine vel Suscipiendo, si contigerit post annum III. videtur perpetua; quia raro curatur, Religiosi legitimam dispensationem 1e a Capite in omni de regularitate Jure inducta humano. 2e Ab Epo etiam nondum Consecrato, P. Serv.; in omni irregularitate proveniente ex delicto occulto ad forum contentiosum non deducto, et ex ipso homicidio mere directe volito Conc. Trid. S. 14. Cap. 6.; etiam potest dispensare in delicto ad forum contentiosum deducto, sed punito, et finita causa, Balli; ac in homicidio occulto, ut in Ordinibus Suscipiis ministret in necessitate Scandali vitandi, vel in difficili recurso ad Papam ob inopiam, vel nimiam distantiam, Soum; Balli; et in homicidio casuali mixto, et involuntario, nec non in mutilatione, Soum.; et cum illegitimis quo ad Ordines Minores, et beneficia simplicia, et non curato sacrum Ordinem non requirentia Cap. 1. de filiis Presbyt.;

et

el cum Bigamis ad eosdem Ordines, ac beneficia, ubi consuetudo ita prævaluit legitima, nec ei Ff. Concilii fuit derogatum, Tourn.; et in Bigamia similitudinaria, Tourn.; et in quibusdam defectibus corporis, qui in dubio ipsius judicio relicti sunt, Rit. Argent.; non vero in aliis sublato privilegio; quia Episcopus in jure communi dispensare nequit, nisi specialiter ei concessum sit, et in dubio, an Papa illius reservetur dispensatio, vel si ob nimiam distantiam loci ultra duos, vel tres menses dispensatio cum scandalo, vel parochialium omissione expectari deberet; vel ob inopiam a Papa omnino obtineri non posset, Tourn.; eo ipso autem, quod Episcopus aliquem ad Ordines admittat, vel dimissorias conferat, censetur dispensare, modo irregularem esse, sciat, Bonac. apud Ch. Gen.; occultum autem in hac materia censetur, quod non est notorium certo, ac indubie, sed solum rumore est publicum, Tourn.; quia fama vario addere falsa gaudet; sic non est irregularis ex delicto Notorio Sacerdos post percussionem Clerici publice celebrans, si non simul notorium sit, celebrasse ante illius absolutionem; sic nec excommunicatus occulte celebrans publice, nec publice excommunicatus celebrans occulte, Tourn.; quia celebratio in excommunicatione, et qua oritur irregularitas, non est notoria, cum in primo excommunicatio, et in altero casu celebratio sit occulta. Sic Irregularis ex Crimine notorio in uno loco, potest dispensari ab Episcopo in alio loco, ubi delictum est breviter, Tourn.; quia, cum Authores graves sint divisi, et dubitetur, an Papa reservet, ex ipso Episcopus dispensare potest, Tourmely.

3o Potest dispensare a Relatis Regularibus spectato jure communi, cum suis subditis in casibus, in quibus potest dispensari ab Episcopo, cum suis Dioecesanis, et Tourn. de irreg. Bizq. quia Generales, Provinciales, Abbates, et Priores exempti jurisdictionem quasi Episcopalem exercent in suos subditos ibid; et vi privilegiorum Mart. V. Sixt. IV. Clem. VIII. Paul. III. apud Thom. et Alam., Ch. Gen., P. Mich. Aug. in suo Bullario.

Terminavi Partem 2am Theol. Moral. die 15a Maji 1807.

Irregularitas ex delicto. 4.

Baptismus, 2. Crimen, 2. mutilator, et 3. Ordinis usus.

Ex defectu 8.

Amens, v manens, bigamus 3. cum prima omnis.

Etas, et levitas, nec debita fama, libertas.

Edictum.

Josephus Martonffi De Csik
Mind-szent, Dei, et Apost. Sedis
Gratia Episcopus Transylvaniæ
S. C. R. Apostolicæ Majestatis Status,
et Eccl. Regii Gubernii Consiliarius
utrobiq Actualis Intimus.

Venerabili Clero Diœceseos Suæ tam Sæculari, quam Regulari. Salutem à Dño Sempiternam.

Quum Vobis, Venerabiles Fratres, et dilectiõ Xtõ Filiõ, Anno superiore Quæstiones de Casibus reservatis resolvendas proponeremus, illa simul intentione fuimus, ut ea occasione Statuta quædam de administrando Pœnitentiæ Sacramento, re ad Salutem animar. gravissimi momenti, Vobis præscriberemus, quibus de loquendi Ecclesiasticar. in hoc genere Ditar. uti et Statutor. à Decessoribus Nostris conditor. ad præsentia nor. et temporum adjuncta adplicatione Voluntatem Nostram declararemus. Quo in Proposito etsi tam rei ipsius diuturna disquisitione, quam diversissimis, gravissimisq. Negotiis diutius, quam optassemus, retardati fuerimus; non existimamus tamen Curæ Animar. divinitus nobis concreditar. hac in parte nos defuisse, quum tam Decreto Nostro dd. 8. Decembr. Anni 1800. quam subinde omnibus ad nos recurrentibus, seu Scripto, seu viva voce indicaverimus, quid cuiq. communicare de potestate nostra velimus. Jam vd urgente tempore, ac rebus utcunq. paratis, aperiendum hoc dicto, et Compendio vobis exhibendum censuimus, quid de iis, quæ proposueramus, sentiendum, observandumq. judicemus, prolixissis dissertationibus et citationibus vos non molesturi, abunde alioquin per vosipsos exhaustis.

Itaq. auditis jam suffragiis vestris, iisq. per Venerabiles Fres Nostros Canonicos, totumq. Consistorium nostrum, ad singulam vocatis sequentia de quæstionibus illis, et quæ cum iis connexa sunt, decernimus.

I.) Jus attrectandi quædam delicta a Communium Curionum, aliorumq. Confessariorum judicio eximendi, talesq. peccatores in Ordine ad veniam impetrandam, cor subditos non esse, declarandi, atq. adeo novos etiam Casus sanctæ

in Synodo Dioecesana, seu extra eam reservandi quemad modum Divinæ, humanæque leges nobis tribuunt, ita rectea nemine in dubium vocatum fit. Hujus potestatis nostræ Cons cii mos ab aditu regiminis Nostri proposueramus, gra viora quædam, et in publicam plotissimum vergentia Crimina, præterquisitatos Casus reservatos, Nobis, et iis duntaxat, quibus diserte a Nobis hac facultas fieret, reservare: cum scilicet ex hac reservatione fructum sperantes, quem sacra Universalis Ecclesia semper intendit. Verum diligentiore hominum, et morum investigatione instituta, hausta ex plenio re notitia, ipso usu compertum est, veterem Ecclesiæ disciplinam et temporibus vitio, et externa vi adeo enervatam esse, ut non multi jam ob dedecoris, vel pœnæ, etiam post humæ honore a negligenda Sacramenti Pœnitentiæ, et Eucharistiæ, ipso adeo tempore Paschali frequentatione deterreantur. Qui bus si plures difficultates impetrandæ absolutionis objiciantur, malunt peccatis omni vita insordescere, quam difficiliora illis remedia quærere: qui tamen occasione oblata a prudente, pio confessario ad pœnitentiam, veram, et vitæ emendationem pron ducti proterant. Consultius igitur existimavimus, non augere difficultates impetrandæ absolutionis, dum se peccatores vitæ dispositi ad pœnitentiam offerunt, non tamen reservationis relaxata disciplina, quod e sequentibus uberius perspicietis. Facile au tem ipse vobiscum statuetis, quanta prudentia, prudentiaque temperata severitas Judicis, Medici, et Magistri animæ necessaria sit, qui plura, et graviora Crimina tribunali suo subjecta habebit, ne reos una secum in æternam damnationem trahat; quantamve grave adeo munus vitæ propriæ sanctimoniam requirat,

ne

Ne Coetus Coetu ducatum praebeat, Divini luminis, hinc quo munus hoc dominis fanne quis, additum propria mox pravitate et animo suo excludens.

Alia erat ratio quaestionis, multum in utramq; partem a Vos disputare, an integrum sit Praelato in sua Dioecesi reservationem Casus alicujus, in Synodo Provinciali definitam abrogare? Haec quidem quaestio universe, positis omnibus ad vim obligantem, Synodi Provincialis requisitis, et tanto usu ejusmodi Synodor, rectius negatione resolvitur, cum id genus abrogationis moram, et deliberationem postulet, alias ad proximam Synodum Provincialem referri possit: editis praesertim ea de re etiam declarationibus Pontificiis. Atqui tenuis nos in Argumento versamur Casuum in Synodo Provinciali Strenaviensi Anni 1611. reservatorum, et perpetuo usu in hac Dioecesi retentor, multa contra vim Synodi illius in Transilvanos extensam, multa et abrogata celebratione Synodor deseni possunt pro tuendo jure nostro Casuum illor, aut aliquot ex iis reservationem abrogandi: multum denig ponderis ad dit ipsius Parmami exemplum, Synodo quidem Provinciali Anni 1611. subscribentis: in sua tamen Synodo Dioecesana Anni 1629 alios Casus reservantis. Caeterum in hac integro ante Bened XIV. Seculo acciderat, ita nos, et Summi hujus Pontificis Authoritate, et longaevi usus, uniformitatisq; reverentia et exemplo denig, et Consilio quorundam Patrum Nostror Collegiscopor ducti, Casus illos anni 1611 in Vicariato nostro intactos reliquimus; patente nobis alioquin facili ad Sedem Apost., si necesse foret, recursu, dum pro Sacror Liminum visitatione, de Statu Ecclesiae nostrae ad Summ. Pontificem referimus. Accedit, quod omnium judicio, et ex rei natura, in nostra potestate situm sit, Casus eos explicare, ac ad nostra rerum, et temporum adjuncta applicare.

3, De

Incipit.

3.) De hac explicatione, et adplicatione ordinis, quæ suggestibus, Consilijs eligimus illud, quod de sententia Rmi Patrum Nostrorum Canonicorum, et totius Constitutionis nostri potissimum judicamus, ut videlicet interim ea explanatio ne Casuum hoc usu positis, quam V. Fr. Noster, modernus Capituli Ecclesiæ nostræ Cathedralis Præpositus Major in Opere suo de Charitate Initiali, in adnotationibus ad Caput X Pag. 422. Segg. digessit ordinibus ad Casum Nonum addimus: Veneficium Nomine etiam eos intelligendos esse, qui sine ulla arte magica tortorum alijs porrigunt, quo sæpe conjuges, heri, aliive inadvertenter aut vita privantur: quod alioquin homicidium est: aut membris Captis perpetuæ calamitati objiciuntur. Addimus præterea magicis Artibus deditos non solos illos accipiendos, qui e pacto cum malo dæmone, ejusq auxilio mira supra natas Naturæ vires exercerent. Tales enim vix unquam ad Tribunal Conscientiæ coram vobis comparebunt. Sed eos præsupponendos, qui talia attentant, et atra bile, vehementi phantasiæque metu, spe, odio, aliisq incognitis motibus aestimira, et scelesta se agere, patig vt optant, vt somniant: eos item, qui pueris non raro Thyrsis, et in colle Tale humanas artis utuntur Cautis ad certos fines, seu herbis ad medicamenta, aliisq similibus; se tamen ipsi arte signa naturam, præstigijsq vti falso sibi persuadent, et superstitio sos in operibus aliasq pure naturalibus adhibent ritus. Atq ex his colligitur, quanta cura, atq sollicitudine populus edocendus sit errores hujus generis, quanto item studio, quanta solertia ipsis animæ Pastoribus opera adhibenda sit, ne ipsimet in vera Philosophia in viribus naturæ physicis, Chimicis, et Mechanicis rudes sint, et multiplicem magiam naturalem sine intentione superstitiosa exercitam, eamq utilem pariter, ac oblectantem, magiam illicitam esse putent, Certe enim ex plurimos, maximosq errores hac in re ab hominibus, Pastoribus, Judicibus, a philosophis commissos esse.

4.) Quid

4.) Quid agat Sacerdos, qui sine facultate a reservatis pœnitentes extra Articulum mortis absolvit? Quæstio hæc a maxima Cleri parte nite resolutaest. Iudem videlicet Confessarium nihil agere, id est non absolvere valide: imo male agere, graviter peccare, ac excommunicationem incurrere, si sciens, et ex ignorantia Juris crassa, aut affectata absolvat. Etsi autem a Clemente VIII. Constit. Romani Pontificis de Privileg. excommunicatio hæc in solos Regulares lata esse videatur, ex Declaratione tamen S. Congregationis, Negotiis Epporum et Regularium præpositæ, a Clem. VIII. Paulo V. et Urbano VIII. confirmata patet, hanc pœnam in omnes Sacerdotes extensam esse. Porro ignorantia reservationis in Confitente non liberat eum a reservatione; in Confessario autem si: Si aliquando invincibilis ignorantia in eo possibilis esset: eum a solo peccato, et excommunicatione immunem, non vero actum ejus Absolutionis validum redderet. Insuper clarum est Confessarium Epikia uti non posse in actu absolutionis a Casuræservato, nec judicium probi Sacerdotis, aut præsumpti, delimati cujusdam Judicis, periculum Scandali, desperationis hic suffragari: absentem autem a peccato nullatenus absolvi posse, nec præsentem indirecte a reservatis. Quam indirectam absolutionem a reservatis licet aliqui e mente S. Antonini, et S. Caroli Boromæi trahantur, post Conc. tamen Tridentinum Opinio illa S. Antonini nec ejus locum habet, et S. Carolus doctrinam illam nec ejus in Actis Ecclesiæ Mediolanensis reperiam, in propriis hac opere Instructione Pastor. Parte II., Cap. X. totam ad mentem Conc. Tridentini conformat. Nec nos igitur in Diœcesi nostra S. indirectam ejusmodi absolutionem laxando morum disciplinæ viam pandi, sed Sanctioni Tridentinæ ad literam inhærere volumus. Quare Prælati, qui Casus reservatos ex ambone quovis anno publicari, aut Confessionalibus affigi pro Pœnitentium directione curarent. Nos vero mirum hunc ob causas facile quivis occurrentes in modernis hujatis disciplinæ statibus abduci nolumus.

5.) Quemadmodum autem hæc legum severitas ad morum, et disciplinæ Ecclesiasticæ sanctam, integritatem, tantam

Conservandam

Conservandam tendit, ita Ec adverso providendum nobis est,
ne, ut principio statim innuebamus, multum immutato
rei, et Animor. Statu, in Eterne damnationis periculo quo
dam relinquamur, quos nonnulla, eaq legitima indulgen
tia eripere inde possumus. Itaq facultatem a peccatis,
nobis reservatis, absolvendi omnibus iis, quibus hucusq Sanc
to, & viva voce impertiti sumus, confirmamus. Universe
autem eam tribuimus omnibus Archi-diaconis actualibus,
et Vice-Archidiaconis, Vacantem Archi-diaconatum admi
nistrantibus; ita quidem, ut hi Archi-diaconi, et Vice-Archi
diaconi facultatem illam toto tempore Confessionis Pascha
lis, et solemnibus quibusdam diebus, ubi magnus Popu
li confluxus est, omnibus Sacerdotibus Districtus sui,
quos in Dño idoneos judicaverint, non solum de casu in
casum, sed pro quovis Casu subdelegare possint, aliis
autem de casu duntaxat in casum. Regularibus quoq
aut Decessores nostros approbatis eam in hoc genere fa
cimus gratiam, ut Provinciar. Praesides, et dotti eiusdem
superiores, donec his muniis praesunt, non solum ipsi
hac potestate uti, sed eam subjectis sibi Sacerdotibus,
quos in Dño idoneos censuerint, eam tempore Confessio
nis Paschalis, et solemnibus cum magno Populi Confluxu
diebus pro quovis Casu subdelegare valeant, alias
autem de casu in casum. Eandem absolvendi potestatem
largimur S. Theologiae Lectoribus, tam actualibus, quam
emeritis, sine facultate tamen subdelegandi, nisi superio
rum munere fungantur. Unum praeterea excipimus
Casum, qui attentionem nostram praecipue meretur, videl.
Dum videlicet pro laudabili S. alq utinam ubiq observando
more Nupturientes ad Parochiam alterius partis S. plenum
sponsi pro contrahendo Matrimonio conveniunt, atq ibi
sacra Homologesi, ac Synaxi refectis post Missae Solem
nia Nuptiis benedicitur. Quo tempore si contingat Spon
sa, aut Sponsa Casum reservatum ad tribunal Poenitentiae deferri, nullo alio Sacerdote, quam Copulante, pre
sente, eoq facultate a reservatis absolvendi destituto,
non sine ingenti rei omnium confusione, periculoq ipsius

Copulatio

Copulatio, et benedictio Nuptiar[um] abrumpenda foret. Pro quo igitur Casu cuivis Sacerdoti facultatem absolvendi a reservatis concedimus. Non minorem a Nobis indulgentiam meretur Casus haereseos extremae, a quo si ad forum contentiosum deductus fuisset, Dei exemplum Discesserit nostri, omnes ad Gremium S. Matris Ecclesiae redeuntes absolvendi facultatem damus cuivis Sacerdoti, a Nobis, aut Decessoribus Nostris approbato, qui tam felix fuerit, ut verum Conversionis habbat initium in prima talium Sacramentali Confessione licitum sit cuivis Sacerdoti, ut diximus, approbato ab omnibus etiam aliis casibus, tam Nobis, quam Sedi Apostol. reservatis poenitentem absolvere. Et Papalium quidem Casuum etiam aliis occasionibus eandem prorsus e delegatione Sedis Apostol. haberi volumus rationem, quam de Diocesanis superius declaravimus, etiam si amentiam habeant excommunicationis Censuram, nisi hae ad forum externum deducta fuisset.

6. Sed et in aliis quibusdam facultatibus elargiendis indulgentiam nostram prosequi et Vastitas Dioeceseos, magnaq locorum, et sacror[um] Cuiconum inter se distantia, et paucitas Operariorum denique etiam exempla Decessor[um] nostror[um]. Itaq facultatem restituendi Jus patendi debiti conjugalis in solo sacro tribunali, item fidelibus in extremo Agone luctantibus Authoritate Apostolica nobis concessa, tam de die, quam nocte e formula S. Bened. XIV. approbata cum indulgentiis plenariis benedicendi omnibus Sacerdotibus vice approbatis concedimus. Archidiaconis, praeterea, et fungentibus Vice-Archidiaconi facultatem tenendi, et legendi libros prohibitos ad effectum errores confutandi, benedicendi paramenta, et vasa sacra, non tamen Pontificalia, neq ea vasa, et paramenta, in quibus unctio intercedit, potestatem delegamus, cum facultate eam etiam aliis in Casu urgente communicandi. Non minus indulgemus iisdem, sine tamen subdelegandi, ut commutare possint privatorum vota simplicia in alia pietatis opera, exceptis Votis Castitatis,

et

& Religionis, aliisq tam Votis, quam juramentis promissionibus in favorem tertii factis, et ab eo acceptatis, etiam in favorem Ecclesiae emissis; idq sempre sine vltra Confessionem; volentes, in singulis casibus dare dispensationis ipsum Votum, Commutationis modum, et rationem ad nos perscribi. Addimus Archidiaconis, et fungentibus vice Archidiaconis potestatem dispensandi cum Nupturientibus in diversitate Religionis, et tempore vetito, dum rationabilis urget Causa; non tamen in denunciationibus, nec adeo huic potestati facultate subdelegandi, Volumus autem dispensationes has scripto dari, ac in Matricula Ecclesiae, ubi Copulatio peragitur, Conservari. Denig Archidiaconi erit, cum Sacrum Lutionem aliquem in Districtu mori contigerit, interim etiam, donec ad nos de hoc referatur Administratorem eum Juris dictione Parochiali Constituere.

7.) Ampla hac facultatum communicatione limites alias de Jure Statuti in Regulares non extenduntur quidem, ut scilicet Cuivis Curioni in Subjectos sibi duntaxat fideles, Regularibus autem in suis solum Ecclesiis, aut in locis, in quibus Domicilia habent, ea, quae concessimus liceant. Verum adjuncta Dioceseos nostrae, et Operariorum paucitas, hisquibus indulgentiam nostram poscunt. Quare omnibus Sacerdotibus tam Secularibus, quam Regularibus, q. Nos, aut Successores Nostros approbatis in Nostra Dioecesi eam facimus gratiam, ut in Casu rationabilis alicujus necessitatis, etiam fideles alienae Parochiae audire possint, ac tamen prius proprio Confitentes Parocho, si commode fieri potest, secus post auditam Confessionem seu in persona, seu per litteras insinuata. Cujus tamen insinuationis necessitas ipso facto cessat, cum devotionis, et indulgentiae gratia ad locum, ubi frequens Confluit populus, in eo Parocho sciente, et volente peregrini etiam Sacerdotes conveniunt: Cessat item in locis, ubi Regulares Domicilia habentes, et Nobis, ac Parochis minime inhibitis Confessiones fidelium communiter excipere, moribundisq assistere solent.

Quam

quam assistentiam quidem etsi liberam eis esse volumus,
tamen ut postquam sacrum Viaticum, ac Unctionem
infirmis administraverint, id ipsum Parocho
suo semper insinuent. Postremo optamus quidem ut
sacramentor Paschalis susceptio, a quoties fidelium in
propria Ecclesia parochiali peragatur, quod finis alius
sunis esset. Verum cum non ignoremus, interdum multum in
teresse, ut fidelibus non apud solos proprios Parochos con
fitentur sua vulnera detegere liceat; non prohibemus,
ne sacramenta illa absq; morosa insinuatione S. Sacer
dotes etiam non proprios administrentur; Volumus tamen,
ut testem hor schedulam sales Sacerdotes Confitentibus
tradant cum inculcata obligatione illam proprio Parocho
presentandi. Et hoc numero Sacerdotum non proprios,
talibus favoribus in tuetor, Neq; Presbyteros Graecis ritibus,
Ecclesiis nostris vere unitos, scientes et cultos, et sanctum
Ephum approbatos, eximimus, a quibus in necessitate
fideles nostros sacra Eucharistia expiari sinimus.
Volumus tamen, ut Parochi, et Administratores Regni,
qui in loco, aut in Vicinia talium adjutorio intendum
utuntur, Casus nobis reservatos ibidem notos reddant,
cum fraterna requisitione, ut nostra de iisdem sanctio
nem observare velint, ne hos
quoad fideles Latini Ritus observare velint, ne hos
sine fructu absolutionis apud eos se sistere contin
gat. Iisdem probe, detectoq; vim combat, sacram Sy
nodum e legibus Vicinum ab Ecclesia probatis abrogi
posse, proprio nihil sui solum Ritus fidelibus administrari posse.

8. Tantis rebus gerendis, cum salute Animar
tanto ere commodis, et tam brevi olim ex animi Coram Ju
dicali Divino subjiciendis, quanta, et quam expedita doctri
na, et prudentia necessaria sit, intuimus jam, et facile
ipsum et perspicitis. Quapropter Magni Decessores Nos
ri justu omnes Beneficium adepti, aut illud, vi Domicilium
Regulare mutantes, novo examini, Capellani autem an
nuo subjiciebantur. Quod institutum dum salutare, tanq;
tamen difficultatibus involutum videmus, ut ejus in desue
tudinem abisse non miremur. Volumus tamen a Necessa
rio rigore in re tanti momenti recedere, et ad curam animar
nullum adpticari sinimus, nisi terminatis omnibus,

quae

quæ maxime requirentur, Studijs, et animæ Seminarium nostrum, vt alios a Nobis delegatos approbatum. Regulares etiam Parochiarum Administratores nostro diuturnæ cum indulto Constituj, mutarig volumus. Eam quoq; adhibere solemus Cautelam, vt quibus in examine aliquid adhuc deesse videtur, ad nouum examen post annum subeundum dirigantur. Illud autem imprimis Archidiaconis commendamus, atq etiam districte præcipimus, vt Subjectorum sibi Parochor, Administratorum, et Capellanorum industriæ, Studijs, et doctrinæ in explanando Verbo Diuino, administrandisq sacris functionibus sollicite attendant, eaq occasione visitationis prorenata pertentent: si quos socordes, dissolutos, et in prædictis errantes deprehenderint, eos officij sui admoneant, admonitione frustra adhibita, ad nos deferant, ad Seminarium, aut Monasterium Recolendor Studior, et Vitæ Spiritualis præceptor causa relegandos.

9. Adhibemus et alia adminicula fervorem sacror Studior in Clero excitandi. Nam et puncta generalis visitationis Canonicæ p. nos proponi solita quandam doctrinæ maxime necessariæ Anacephaleosim continent, et Annua de Rectionibus Theologiæ Mor, et ill. Canonum Conferentias juxta aliud Decretum Nostrum dd. 12 Januar 1801. Accurate celebrari volumus, de quibus denuo inculcamus Voluntatem nostram, vt omnes omnino Jurisdictione spirituali gaudentes, aut ad eam se præparantes propositas quæstionum resolutiones ipsi scripto exhibeant, in Conferentijs discutiendas. A Scribendæ Resolutionum obligatione eximimus eos duntaxat, qui senio, oculorumq, ac manuum defectu rationabiliter excusari possunt, de quibus Archidiaconi in relatione sua ad Consistorium mentionem facient. Tales nihilo minus Conferentijs interesse, ac sensa sua deprimere jubemus. Regulares quoq Parochiarum Administratores, et Capellanos eadem obligatione teneri declaramus: quos omnes etiam in Domicilijs degentes Sacerdotes, jurisdictione gaudentes, aut ad eam se præparantes:

Conferentijs

Conferentiis tamen sufficiet unum Nomine Monasterii interesse, qui scriptas reliquor quoq; resolutiones deferat. In Concertatione deinde Conferentiae Archidiaconi ipsi uel è majore, ac saniore suffragiorū parte, opinionem suam sententiis formabunt, proprioq; scripto, cum omnium hucusq; rationibus ad Consistorium nostrum referent. Excusationem eor, quia praetextu curae Animarū ad Conferentias haud comparent, interim in Negotiis temporalibus alio sape, ac ad ipsas nundinas, divagentur, minime acceptamus, nisi Conferentiae plane tempore justis omnino coram Deo Caussis domi retineretur, quod scripto ad Archidiaconum referre debebunt. Ut vero de de Absentia, in qua non paucos comitti excessus videmus, sequentia sancimus, gravissima sub Animadversione, quam leges ipsae de residentia personali dictant, observanda: ut Nullus Parochor et Administrator extra fines Parochiae suae, et filiarum proprio Nutu ultra viginti quatuor horas abesse praesumat. Si ad tribuum gravis causa Absentem eundem esse cogeret, id fiat cum facultate ab Archidiacono in Scriptis petenda, Nad hebdomadam, et ultra, id nostro solum cum indulto, p. litteras petendo, admittimus. Omnem autem absentiam evitabunt, si mulieres partui vicinae, aut aegros graviter decumbentes in Parochia habeant, nisi praesentem sibi substituant Sacerdotem. Quam substitutionem etiam tunc observabunt, dum cum Archidiaconi, aut nostra facultate abfuerint; etsi substitutionem praesentis Sacerdotis inopia Presbyteri non paterentur, cum vicinore Collega ita de Cura Animar tranzigent, ut nullus in ea defectus contingat. Ubi tam en Negligentia Divinor Diebus Dominicis, et Festis accideret, substitutio praesentis Sacerdotis omnino requiritur. In omni vō absentiae casu ita Parochianos instruent, ut ij consules, quorsum pro Spirituali auxilio confugere debeant.

Item

Hanc de absentia legem ipsis quoq; Archidiaconis ita imponimus, ut ne illis extra Districtum suum ff. Hebdomadam, et ultra, sine nostra facultate in scriptis obtenta abesse liceat.

10.) Est et aliud non leve inditamentum ad excidendos Scientia Sanctos Animos. Concursus fidelium pro beneficiis obtinendis, quem Decreto Nostro dde. 13 Decembr. 1803. stabilivimus. De quo pro conducere volentium commodo id nunc statuimus, ut quovis Anno a Dnica 2da post Pascha ad Dcam Stam et a Dnica post Dedavam Theophoriae ff. duas hebdomadas Concursus coram Consistorio Nostro A. Carolinae haberi possit, in quo qui cum calculo primae Classis tentamen exantlaverit intra proximum triennium sine omni concursu beneficia vacantia a nobis petere possit. Idemq; autem certo pro Concursu terminos designimus, etiam si nullum tunc vacet beneficium, ne incidente vacantia, si tum primum Concursus indiceretur, beneficium diu nimis vacare contingat, sed illa publicata illico se pro ea quisq; nobis insinuare possit. Nemo autem sibi blandiatur, sine ullo concursu se ad ampliora beneficia pervenire posse, dummodo certos in cura Animar. eligat Amos, qui cum ab obligatione Concursus eximamus. Pro his enim ea habemus conditiones praescriptas, ut eas haud facile per eos implendas confidamus, qui florentioris Etatis Amos absq; singulari Solertia, et Solertiae specimine egregie exegerint. Quae si sibi sales tribuant, si nullo jure petendi aliquid fuerint, sed pro Arbitrio nostro, cuiusq; meritis haelandi sint.

11.) Totum praecipue Causa fit, ut multi sine investigata Cura Animar. adplicari debeant, de quibus nonnulli semper aliquando agebantur, An fructus beneficii taliter possessi faciant suos, non emissa pro

Missione

professione fidei, nec nuncupato prius jurando, cum solemni Parochor institutione fieri solet. Quæ dum declaramus in his rebus Nostram angustiis legitime eos fructibus, quos percipiunt, frui posse, ac ut digne fruantur, a se ipsis pendere: fidei, quam dum initiarentur, identidem professi sunt, & tenendæ, ac tuendæ, rectam Ecclesiæ conservandæ, et protegendæ obligationem alioqui naturali cos teneri. Cæterum ut certum hac eti am in re ordinem teneamus, præcipimus, ut omnes Presbyteri tam seculares, quam Regulares, quam ad curam animar sine investitura deputantur, si qui sentes id facere commode negligant, quo literas illico se concernenti Archidiacono insinuent, eig professionem fidei a se scriptam, et subscriptam submittant. Si qui hoc negligeret, Archidiaconi erit, cum ad id reflectere. Capellanos, qui in Magnatum domibus constituti sunt, et a Nobis Parochialem Jurisdictionem obtinent, eadem lege obstringi volumus. Alii vo ejusmodi Capellani Aulici, qui sola Confessiones excipiendi, et Divina Celebrandi facultate instructi sunt, si qua Parochiale tractare velint, aut necessitate cogantur, id semper cum scitu, et indultu Parochi, cui locus Datis adscriptus est, facient, cujus Matriculæ illud inserendum est.

12) Postremo cum de peccatis populi, eorum remissione tot, tantasq; scripsimus deliberationes, et institutis condimus, meminisse nos omnes oportet, præcipuum nunc nostri esse, præcedere, ne peccata committantur, neve tot difficultatibus Animar Cura involvatur. Id vero solida, et solerti religionis, et mor doctrina, ad quam vocati sumus, populo inculcanda perficiemus.

Quod

Quod officium genus cum Gppi soli, hac presertim rei, et temporis conditione, atq in hac Dioceseos vastitate peragere non possient, ii, qui in partem Curae vocati sunt Conscientiae sue severissime injunctum esse sciant, ut populo primum quidem exemplo, deinde Verbi divini explanatione viam salutis aeternae praemonstrent. Quare pios ad Communionem sermones diebus Dnicis, et Festis in Caroliis nunquam intermitti volumus: minime autem tolerare possumus, ut nudium, et parvulos Catechiseos diebus Dnicis hora, quae commodior fuerit, pomeridiana negligatur. Adhinc Festi huic praeceptioni Scholarum Curam, quam a sacris Canonibus ea ratione geri jubemus, ut Ludimagistris malitia cum solicitudine incumbent, neq unquam admittant, ut institutio frolium ullius sexus negligenter tractetur. Ipsimet sacri Canones praemonent, gravis hebdomadae Scholas adibunt, ibidem doctrinam Christianam exponent, de ea deinde in templo uberiores Catecheses tractabunt. Nolumus vanam illam audiae excusationem: non Comparcat ne cum rubore objicere cogamur, apud Acatholicos diligentissime haec omnia tractari, ultroq ad Scholas, et Catecheses teneram Aetatem Comparere, atq adeo solis Pastoribus, et Magistris apud nos adscribendum esse, quidquid mali e nuditate populi proficiscitur. Interim meliora sperantes Divinam Nostris, Vestrisq Conatibus de Coelis opem deprecamur, Patrinamq nostram benedictionem Vobis omnibus impertimur.

Josephus Episcopus (L.S.)

Datum Claudiopoli die 15ta Novemb. Anno Dni 1804.
Scripsi 1807.

BIBLIOTECA ASTRA SIBIU

JOSEPHVS MÁRTONFI

DE CSIK-MINDSZENT, DEI, ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA EPISCOPVS TRANSILVANIAE, S. C. R. APOSTOLICAE MAIESTATIS STATVS, ET EXCELSI REGII GVBERNII IN MAGNO PRINCIPATV TRANSILVANIAE COSILIARIVS VTROBIQVE ACTVALIS INTIMVS.

Dilecto Nobis in Christo P. Valentino Fredrer Ord. Min. S. Francisci Strict. Obsrv. Salutem a Domino Sempiternam!

Cum Nos salubérrimi Poenitentiae Sacramenti administrationem in Dioecesi Nostra Transylvaniensi, qua majori potest, doctrinae sufficientia, ac Morum integritate per subjectos Nobis Sacerdotes perficiendam cupiamus, atque Te ab Examinatoribus per Nos Constitutis diligenter examinatum, apostolicaque Vite respondentem dotibus hisce praeditum, et idoneum reperierimus: idcirco ad Sacramenti hujus ministerium tenore praesentium Te adprobamus, et ut omnium Poenitentium in antelata Dioecesi Nostra Transylvaniensi Confessiones audire, eosque Sacramentaliter, praeterquam a casibus Sedi Apostolicae, et Nobis reservatis, excepto Mortis articulo; absolvere possis, opportunam Tibi concedimus facultatem, praecipientes: ut absque Parochorum, aliorumque Superiorum, in quorum Ecclesiis Confessiones excipere volueris, licentia, id efficere non debeas. Denique Te in Domino enixe hortamur, ut ea, qua decet, modestia ac puritate ad tantum Sacramentum ministrandum accedas, et quae per Sacros Canones, et Constitutiones Summorum Pontificum, ac in Specie Bullam Gregorii XV^i. et Benedicti XIV^i. contra Sollicitantes atque S. Poenitentiariae de Urbe literis Ordinata, et Commissa jam sunt, et posthac fuerint, attente legas, perpendas, et fideliter exequaris, ne divinae ultionis contra Te fulmina provocet, neve e divino Dictatis fonte, a quo tot Animarum Salus emanat, Tu ipse Mortis aeternae venenum hauriat, Caeteroquin proinde. Datum Claudiopoli die 20^a. Martii Anno Domini Millesimo Octingentesimo Octavo

Josephus Episcopus mpp.

Ad mandatum Reverendissimi Ordinarii
Josephus Schmidtberger mpp. Substitutus
pro hoc Actu Secretarius.

Primus Index Tractatuum Theolog 1807.

† Tractatus I De Actibus Humanis. debet 9bris
† Tractatus II. De Legibus Die 20. Xbris 1807.
† Tractatus III De variis Statuum obligationibus
† Tractatus IV De Virtutibus Theologicis Die 6 1807
† Tractatus V. De Virtute Religionis Die 1806 Septbr.
† Tractatus VI De Virtutibus Cardinalibus 1807 die 7a Aug.
† Tractatus VII. De Conscientia. diebus Novem 1807.
Tractatus VIII. De Peccatis.

Secundus Tractatuum Index.

† Tractatus I De Sacramentis in Genere Descripsi 1806
† Tractatus II De Sacramentis in Particulari ultim 9bris.
† Tractatus III De Eucharistia Die 21a Januar 1807.
† Tractatus IV De Poenitentia Die 7a Martii 1807
† Tractatus V. De Extrema Unctione, et Ordine actum
† Tractatus VI De Censuris Die 15a Maji 1807 actum.
† Tractatus VII De Matrimonio. Die 2a Maji 1807.

Summa Tractatuum Theologicor. 14. Moralium.
Die 11a Novembris 1806 incepimus

1807. Die 6ta Januarii Anno ejusdem Volumi et Cursus Primi

1ma Hebdomada De Invidia.

2da - - De Obstinatione.

3tia - - De Repugnantia Gratiae.

4ta - - De Adulatione.

Unica 5ta Post Pentecosten. = = 1.

Vae autem dicam, fatue: ne forte Gehennae ignis.

Fortitis Vae mihi bonum lingua bona.
Vae mihi malum lingua mala

Custos Et S. Antonio Paduano, et Bonaventura, et S. Nepomuceno Joanne.

Jucundus et divite in mensa patiente.
et et varios enumeratione. Hactenus
Claudiopoli

Jetzt már többe nem
Minek utánna jüttetett a Meg igért Messiás
meg adatott, már többé

Már többé nem kell kétkednünk, hogy any
morgatás, üldözés, tulajdona a Jámborok
Jehát már többé nem sorongathat a sivün
let a hitben, hogy az ellenkező esetek, és
Jüllömb Kitünő Élet szenvedések tulaj
don élete a jámborok, Jehát már többé
nem kell kétkednünk hogy minden üldözés
nyomorgatás, el nem vesz. tul. jdon örökkége a
Jámborok

30ma Necessitatis Et gratissimae necessitatis, sacramentum
Fi: quia Sine Baptismo nullum Sacramentum
Ludoju jurk 2 dalt magnificentiae.

Nomina, et Cognomina Conversor.

Locus Conversionis	Annus Mensis Dies	Nomen Cognomen Conversi	Conditio Conversi	Status Conversi	Etas Conversi	Domicilium Conversi	Secta Conversi
		V.G.					
P. in Domo ꝺ Ecclesia Sancꝰ ꝺ monbundus		N.N. coram testibus. Consortib⁹ &	Cives ꝺ	Conjugatus v Viduus v Juvenis.	Octuagen	Oriundus ex Judæa Hæreti	abjurata Calvin. Secta

De Conjunctione.

Annus Mens.	Parochus.	Denunciationes	Contrahentes	Testes	Locus
	R.N. ꝺ	premissis tribus promulgationibus et servatis de jure servandis copulavit	N.N. et N.N	N.N. et N. denominati	Nyögödön